c Primogenitus ruben. occaſiõe ei⁹ enumeranť poſt eũ oẽs filij lye naturales ⁊ adoptiui añ alios filios. Et ptz lr̃a. excepť paucis vocabuť.
d Jamuel. Nu. xxvj. vocať namuel.
e Saber. Hic in Paraľ. nõ noĩať: qz nulla ꝓgenies ꝓceſſit ď eo.
f Onan. p n debet ſcribi in fine. Jobab. j. Paraľ. vij. ca. vocať iaſub.
g Hi filij lye ⁊c. hoc videť falſum: qz filij iude ſupza noĩati nõ fuerũt ibi geniti. vt ptz. ſ. xxxviij. ca. Vi cẽdũ q̃ hoc dicíť eo q̃ pater eoz fuit genit⁹ ĩ meſopotamia ſcz iudas.
h Oẽs anime filioz eius ⁊ filiaz. xxxiij. in hoc tñ numero nõ includiť dina: vt ptz ſi cõputenť mares.
i Filij gad. Hic enumeranť filij ſelphe: qui erant filie lye adoptiui. ⁊ ꝓ lr̃a.
k Filij rachel. hic enumeranť filij ei⁹.
l Asbel. j. Paraľ. viij. ca. vocať iadiel.
m Hera. j. Paraľ. vij. vocať abara.
n Naamã. hic vocať nahaba ibidẽ.
o Jechri. vocať rapha ibidez.
p Jetros et reſimo. duo noĩa ſunt ⁊ in aliquib⁹ libris ſimul iũguntť ꝓ vno ⁊ male. et eodẽ modo defecit Remigi⁹ libro de interꝓtationibus: ponens ambo ꝓ vno nomine. Remigi⁹ enim qui fecit illum libũ videť parũ ſciuiſſe de hebraico: qz in pluribus interꝓtationibus defecit: ꝓpter qõ beat⁹ Hiero. frequẽter eũ redarguit in libro de hebraicis queſtionib⁹ ⁊ in alijs locis.
q Filij dan. hic enumeranť filij bale.
r Vſan. licet iſte fuerit vnigenitus ipſi dan: tñ hic dicíť filij: qz aliquãdo ĩ ſacra ſcriptura ponitť plurale pro ſingulari: ſicut ecõuerſo. vt habeť Exo. viij. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.
s Salem. alĩs ſyllam. hic vocať ſelboam. j. Paraľ. vij. Si autẽ coniũganť ſimul filie lye. xxxiij. ⁊ pueri çelphe. xvj. ⁊ rachel. xiij. ⁊ bale ſeptẽ: faciunt. lxx.
t Cũcteq; anime que ingreſſe ſunt ⁊c. Circa iſtos nũeros ſequentes varij doctores varie dicunt et multipliciter: accipiam autẽ duos modos dicendi qui videnť mihi ꝓbabiliores. Septuaginta ſex. iſte numer⁹ eſt ꝓſonaz que egreſſe ſunt de iacob: ⁊ cum hoc ingreſſe ſunt in egyptum cuz eo vt ptz in littera. Et ideo ab hoc numero excludunť her ⁊ onan: q̃ non intrauerũt egyptũ: ſed mortui ſunt ĩ terra chanaan: vt predictum eſt in iſto ca. ⁊ ſupza. xxxviij. ca. Similiter excludunť ioſeph ⁊ duo filij eius qui iam erant in egypto anteq; iacob ingrederet: et ſic de numero. lxx. predicto remanent lxv. cuz quibus ſi ponatur dina: que fuit excluſa a numero xxxiij. puerorũ lye: vt ſupza dictum eſt et que ingreſſa eſt cũ iacob in egyptum: ſic habemus. lxvj. perſonas hic numeratas cum quib⁹ ſi addantur ioſeph ⁊ duo filij eius et iochabeth filia leui que cõcepta erat ante ingreſſum iacob ĩ egyptum: nondũ tamẽ nata: vt dicunt hebrei: ⁊ ſic intrauit in egyptum licet in vtero matris ⁊ ſic habemus vltimũ numerum cum dicíť: Omnes anime dom⁹ iacob que ingreſſe ſũt egyptũ fuerũt. lxx. ſed qz ſcriptura non exꝓmit q̃ leui aliquã filiã habuerit q̃ vocata ſit iochabeth: qz illa de qua fit mẽtio in Exo. nõ fuit ei⁹ filia vt ibi diceť. ideo poteſt hic dimitti ⁊ loco ei⁹ poni ipſe iacob: q̃ cuz ꝓple ſua ingreſſus eſt. ⁊ ſic ſunt ſeptuaginta. vñ ⁊ in hoc numero vltimo nõ dicíť: Omẽs aĩe que egreſſe ſunt de femore iacob: qz ipe non fuit egreſſus a ſeipſo ſed dicíť: Oẽs aĩe domuſ iacob q̃ ingreſſe ſunt ĩ egyptũ fuere. lxx. Et hic modus dicẽdi videť ꝓuenientioz: tñ ingreſſus ipſi⁹ ioſeph fuit añ ingreſſum patris et ſimiliť ingreſſus filioz ioſeph qui dicunť hic ingreſſi rõne patris ſui: ⁊ ſic in eo quodãmodo ingreſſi ſunt. Añ et de pſonis hic vltimo noĩatis nõ dicíť: Que ingreſſe ſunt cũ iacob in egyptũ ſed que ingreſſe ſunt abſolute. Trãſlatio xo lxx. hic habet. lxxv. Sz ſm Hiero. hic cũ ꝑdictis numerauerũt quinq; filios filioz ioſeph qui tñ nõdum erant nati. ⁊ hoc factũ eſt ꝓ anticipationẽ ꝓpter honorẽ ioſeph: ꝓpter quẽ alij fuerunt recepti honorifice in egypto. ⁊ hanc trãſlationẽ ſecut⁹ eſt Lucas. Act. vij. Qõ aũt aliqui dicũt nullam mulierẽ hic cõputari: ptz falſum: qz ſara computaťinter filios çelphe: aliter nõ eſſent. xvj. ſed. xv. tm̃: qõ eſt contra textum vbi dicíť: Sedecim animas ⁊c. Conſiderandũ etiã q̃ cũ dicíť hic. Anime egreſſe de femore iacob non eſt ꝓ hoc intelligendum q̃ aĩa intellectiua ſit ꝓ generationẽ: ſed accipitur hic anima ꝓ hoĩe: eo modo quo totũ denoĩať a parte principaliori licet autẽ hõ generet: anima tamẽ intellectiua nõ generatur ſed creando infunditur.

B
† Exo. i. a
et. 6. c Nu.
26. a. i. Para. 5. a

C

¶ iacob in egyptū ei⁹ etat⁊ erāt vt filios generarēt. Vñ apparet oēs animas q̄ ingresse sūt in egyptū de femoribus iacob fuisse.lxx.qz.lxvj. post eū ingresse sunt:⁊ reppererūt ī egypto tres. Joseph.s. cū duob⁹ filijs.Septuagesim⁹ aūt fuit iacob ne videamur aduersum auctoritatez scripture loq.

Deut.10.d Etiā septuaginta interp̄tes in deuteromio transtulerūt q⁹ ingressus ē israel:in.lxx.aīabus egyptū.Sīc̄s igit nr̄e scripture refragat⁊: scripturā intra se ꝓtrariā faciet. Jp̄i

D ei.lxx.iterp̄tes q̄.lxxv. aīas p̄ plepsim cū iacob et posteris ei⁹ ingressas esse dixer̄t.in deuteronomio.lxx.tm̄ introisse memorarūt.Q̄d si opponi-

Act.7.b tur quō in actib⁹ ap̄lōz dicat⁊.lxxv.aīas ingressas esse in egyptū facilis excusatio est.Nō enī debuit lucas ipsi⁹ scriptor bistorie in gētes actuum ap̄lor̄ volumē emittens ꝓtrariū scribere ei scripture q̄ iā fuerat diuulgata in gētib⁹ ⁊ maioris optinētis illo tp̄e erat .lxx. auctoritas:q̄m lucas:qui ignot⁹ ⁊ vilis.p̄ ät generaliter obfuādū:q⁹ vbicūc̄s ap̄li aut ap̄lici viri loquunt⁊ ad pp̄los: bis testimonijs abutunt⁊:q̄ iā fuerāt ī gētib⁹ diuulgata.Iz plericq̄s tradāt lucā vt p̄selytū:hebreas lr̄as ignorasse. a Misit aūt iacob ⁊c.Hiero.Judam ꝯo misit añ se ad ioseph vt occurreret ei ad vrbē heroūz ī terra rameses.

A Jn hebreo nec habet⁊ vbem heroū: nec terāz rameſſe:ſz tātūmō iessen vl̄ gesem.Nōnulli iudeoz̄ asserūt iessen nūc ibebaiden vocari.⁊ qō sequit⁊ dedit ei vt possiderēt in egypto terraz optimā in rameſſe:pagū arsenoyten sic olim vocatū autumāt. b Et sūt viri pa. Aug⁹.Cōmēdat⁊ ī patriarchis q⁹ pecoz̄ nutritores erāt a puericia sua ⁊ a parēt⁊ib⁹ suis:qz hec iusta est fuit⁹:⁊ iusta dñatio:cū pecora hoī fuiūt: ⁊ ip̄e pecorib⁹ dñat⁊.vñ:

Gen.1.c Faciam⁹ hoīem ad imaginem ⁊ si.no.⁊ habebit potestatē piscīū maris et volatiliū celi:et oīm pe-

B cozū q̄ sūt sup terrā. vbi insinuat⁊ rationē debere dñari irrationabili vite. Seruū aūt hoīez hoī vl̄ iniquitas vl̄ aduersitas fecit. Jniquitas sicut dictum

ſ Partem ponit pro toto.

ra egypti aię duę†Omēs animę dom⁹ iacob quę ingresse sunt in

ſ Confessio ꝓmittitur ad ioseph.i.christum

a egyptū fuere septuagita. Misit a quia ore fit confessio ad salutem.

aūt iacob iudaz añ se ad ioseph in egyptū:vt nunciaret ei et ille

a ſ Nō in terrā rameſſes. b ſ Post cōfessionē ioseph occurrit:qz xp̄i misericordia subsequit.

occurreret in ie̊ssen.Quo cū perueniſſet iuncto ioseph curru suo ascendit obuiā patri ad eundez b locum.Videnscz eum irruit sup collū eius:⁊ inter amplexus fleuit.Dixitcz pater ad ioseph: Jā † lętus moriar:qz vidi faciē tuā: et supstitem te relinquo. At ille locutus est ad fratres ⁊ ad oēm domum patris sui. Ascendaz et nūciabo pharaoni:dicamcz ei: Fratres mei ⁊ dom⁹ patris mei q̄ erāt in terra chanaan venerūt

b ad me:⁊ sūt viri pastores ouiū: curācz habēt alendoz̄ greguz. Pecora sua ⁊ armenta ⁊ omnia quę habere potuerūt adduxer̄t secū.Cuncz vocauerit vos et dixerit:quod est op⁹ vestrū:respōdebitis:Viri pastores sum⁹ ser- † ui tui ab infantia nostra vscz in p̄s ⁊ nos et patres nostri. Hęc c aūt dicetis: vt habitare possit⁊ ī

a ſ Merito egyptij i quib⁹ est figura huj⁹ seculi:in quo abundat iniquitas abominanť pasto-

terra iessen:qz detestanť egyptij b res pecoz̄: Abominatio est enī iniquo vir iust⁹.

oēs pastoz̄es ouiū. Ca.XLVII

Jgressus ergo ioseph et i nunciauit pharaoni dicēs:Pater meus⁊ frēs f oues eoz̄ ⁊ armēta ⁊ cūcta quę possidēt venerūt ō terra chanaan:⁊ ecce cōsistūt in terra iessen. g Extremos quoq̄ fratrum suoz̄ b quinq̄ viros statuit coz̄ā rege. Quos ille interrogauit:q̄d habetis operis?Respōderūt:Pastoz̄es ouiuz sum⁹ serui tui:nos † et patres nostri. Ad pegrinādū i in terrā tuam venim⁹: qm̄ non k est herba gregibus seruoruz tuoz̄um ingraueſcente fame in regione chanaan. Petimuscz vt esse nos iubeas seruos tuos in terra iessen.Dixit itacz rex ad ioseph:Pater tuus et frēs tui venerunt ad te. Terra egypti ī cō- l spectu tuo ē; in optimo loco fac

a Misit aūt iacob iudā.ꝟ dscribit⁊ ip̄i⁹ ioseph occurſus:⁊ fm q⁹ mādauerat patri stetit ī terra iessen q̄uſ- †Deu.10.d q̄ ioseph ei ibidē occurreret:significās ei suū aduentū ⁊ hoc est qō dicitur: Misit aūt iacob ⁊c.qz iudas inter alios filios qui erāt cum iacob erat honorabilioz ⁊ rōnabilioz. b Ascēdit obuiā patri.tū vt debitā reuerentiā patri exhiberet.tū vt patrē ⁊ fratres instrueret quō cū rege loquerenť. ideo sequit⁊: Cūcq̄ vocauerit vos.s.rex.Et dixerit qō est op⁹ vestrū:respōdebitis:Viri pastores sum⁹ ⁊c.Cui⁹ causa subditur cū dicit⁊: c Hec aūt ⁊c.q̄ fertilis est ⁊ apta aīalibus alendis. d Quia detestanť ⁊c.⁊ sic volūt q⁹ habitēt seorsum ab eis.Causa aūt q̄re detestanť ē: qz percutiūt animalia aliqua que tanq̄ dij ab egyptijs

Moraliter. (colunť. Ca. XLVI † Quo audito iacob q̄si de q̄ni somno euigilās ⁊c.Per p̄triarchaz iacob q̄ audita p̄speritate ioseph filij sui:fuit valde gauisus:significat⁊ bonus p̄latus secularis vel religiosus q̄ audita bona fama filij sui spiritualis in scia pariter ⁊ ī vita debet valde gaudere:sicut scriptū ē Prouerb. x.Filius sapiens letificat patrē.⁊ cum hoc deo grās agere ⁊ sacrificiū laudis offerre p̄ tanto beneficio.iō subdit⁊: e† Venit ad puteū iuramēti ⁊ ibi mactatis victimis ⁊c.⁊ qm̄ gratitudo de beneficio accepto reddit hominē aptū ad aliud recipiendū. iō subdit⁊: † Audiuit eū p̄ visionē.nam p̄latus deo gratⁿ meretur a deo nouam illuminationē ⁊ etiam populi sui multiplicationez in bono.ideo subdit⁊: † Faciācz te ibi in gentē magnā.⁊ etiā vite p̄sentis quietā terminationez.iō subdit⁊: l† Joseph quoq̄ ponet manum suā sup̄ oculos tuos.⁊ etiā bonū successorem q̄ significat⁊ p̄ ioseph:cui dixit iacob.j.eo.ca. † Jam letus moriar qz vidi faciem tuaz ⁊ supstitē te relinq̄. multū enī consolat⁊ bonus p̄latus: qm̄ adhuc viuens scit se bonum successorē habiturum:⁊ sic fuit de moyse ⁊ iosue sibi succedente ⁊ de beato petro ⁊ clemēte. ⁊ de sancto martino ⁊ bricio.⁊ multis alijs ex speciali diuina reuelatione. Ca. XLVII

e i Egressus ꝯ ioseph. Postcz moyses descripsit descensuz iacob ī egyptū.hic ꝓfr dscribit ip̄i⁹ morā ⁊ statū ibidē.Et p̄mo q̄tū ad ei⁹ habitatiōez. secdo q̄tū ad finē ⁊ ꝓsumationē.ibi: Factiq̄ sunt oēs dies.Adhuc p̄mo describit ip̄si⁹ iacob receptio gratiosa.secdo eius sustētatio larga.ibi: Joseph xo. Adhuc p̄mo describit ip̄si⁹ receptio benigna in p̄sua. secdo in p̄sona p̄pria.ibi: Post p̄ introduxit. Circa p̄mū dr: f Pater me⁹ ⁊ frēs ⁊c.Hec nūciauit ioseph pharaoni añq̄ adduceret fratres suos ad p̄sentiā ip̄si⁹:ad p̄bandū si affectio bona regis erga eos p̄seueraret sic a p̄ncipio. g Et ecce cōsistūt in terra iessen.p̄ addidit ioseph:qz desiderabat q⁹ illa ꝛra eis assignaret⁊:vt p̄z ī p̄ce.ca.⁊ iō p̄ dixit:ac si ei insinuaret:ex q̄ vxores ⁊ familie ⁊ oīa bona eoz̄ mobilia sūt ibi bonū esset q⁹ remanerēt illic:qz labor erit eos trāsferre alibi. h Extremos q̄z fratrū suoz̄. Extremitas alicui⁹ rei accipit⁊ duplicit⁊.s.a pte supioꝛi ⁊ a pte inferioꝛi.⁊ fm p̄ ista ꝛra dupliciter exponit⁊.vno mō sic:Extremos fratrū.i.minoꝛes ⁊ debiliores: et hāc expositionē sequunt⁊ iudei dicentes:q⁹ p̄ fecit ioseph ne si rex vidisset maioꝛes ⁊ fortioꝛes posuisset eos cū viris bellatoꝛib⁹.Alio mō sic:Extremos fratrum.i. maioꝛes ⁊ valētioꝛes:vt ex hoc rex ⁊ p̄siliarij sui magis haberēt acceptū dominiū ioseph:videntes cognationē ei⁹ esse ita gratiosam.⁊ istud magis p̄cordat p̄dictis ca.p̄cedenti. i Ad pegrinandū ⁊c.i. ad morandū ad tp̄s cui⁹ causa subdit⁊: k Qm̄ nō est herba gregib⁹ ⁊c.sed si nō erat in terra chanaan herba: quō erat ī egypto vbi erat tāta sterilitas sicut alibi. Et dicūt alij p̄ q⁹ tp̄e siccitatis ex q̄ causabat⁊ illa sterilitas sūt bona pascua in egypto:qz magna inundatio nili ex aq̄ remanēte sup terrā plus ip̄edit nascentiā herbaz q̄tūcz siccitas. Vel alit⁊ p̄t dici: q⁹ ꝛra iessen quā petebat erat sic dispositā:q⁹ nō erat ibi tāta siccitas:q̄n eēt sufficient⁊ pascua⁊:ex q̄ habebāt colorem petēdi eā:qz bona eoz̄ ꝓsistebāt p̄ncipalit⁊ ī aīalib⁹. l Terra egypti in cōspectu tuo est.ac si diceret.vbicunc̄s placuerit tibi fac eos habitare.

Post

Ⓢ etum est. Maledict⁹ chanaan: seruus
5.9.d erit fratrib⁹ suis. Adūsitas sic̄ ioseph a fratrib⁹ vēdit⁹ alienigene factus ē seru⁹. Primos ℊ suos q̄b⁹ b̄ nomen lingua latina dedit: bella fecer̄t. Qui enī supat⁹ iure belli posset occidi: qz fuat⁹ est: seru⁹ appellatus ē. Inde et mācipia: qz ⁊ mācipata sūt. Est etiam ordo natural' in hoīb⁹: vt fuiāt femine viris: filij parēt̄ib⁹: qz ⁊ illic hec iustitia ē: vt ifirmior rōe fuiat fortiori. Hec igr̄ in dñatiōib⁹ et fuitutib⁹ clara iusticia ē: vt q̄ excellūt rōne: excellāt dñatiōe. qō cū in b̄ seculo p iniq̄tatem hoīm pturbaf̄: vl p naturaꝝ carnaliū diuersitatē ferūt iusti tpalē aduersitatē: in fine habituri ordinatissimam ⁊ sempiternam felicitatem.

a Dies pegrinatiōis. Ca. XLVII ⁊c̄. Aug⁹. Quid ē q̄ dic̄ iacob pharaoni dies ānoꝝ vite mee q̄s incolo ⁊c̄. Sic enim hūt greci: qō latini hūt ago vel habeo. Utrū ℊ iō dixit q̄s incolo: qz ī terra nat⁹ est quā nōdū ppls diuina ꝓmissiōe hereditatē accepat: ⁊ ibi vitā ducēs: vtiq̄ in aliena terra erat nō solū qū pegrinabaf̄ sic̄ ī mesopotamia: sz etiā qū ibi erat vbi nat⁹ ē. An
2.Cor.5.b port⁹ ꝑm illud apli accipiendū est: q̄diu sum⁹ in corpe pegrinamur a dño.
5.23.a Et illud inq̄lin⁹ sum ego ī terra ⁊ pegrin⁹ sic̄ oēs patres mei. Iterū dic̄ de omnib⁹ diēb⁹ vite sue: nō puenerunt in dies annoꝝ patruꝫ meoꝝ: q̄s dies incoluerūt. Nō enī aliud voluit intelligi q̄ qō latini codices hūt vixerūt. At p b̄ significauit hāc vitā esse incolatū. i. pegrinatiōis habitationeꝫ. Sz b̄ sanctis ꝓuenit q̄b⁹ eterna patria, ꝓmittit̄. Uidēdū ē ℊ quō de impijs dictū est: Incolēt ⁊ abscōdēt: ipsi calcaneū meū obseruabūt. De his enī ꝓuenienti⁹ accipit̄: q̄ vt abscōdāt ī colūt. Non manent in domo in eternum.

b Joseph xo ⁊c̄. Querendū est vtr̄ terra rameſſes ipa sit iessen: hāc enim petierant: ⁊ pharao p̄ceperat dari.

Allego. Jsi⁹. All'. Tradidit ioseph patri et fratrib⁹ optimā terrā iessen: p̄bēs eis cibaria qz fames terrā oppſſerat. sic ⁊ dñs parēt̄ib⁹. i. patriarchis ⁊ ꝓphet̄ ex quib⁹ est ꝑm carnē: sine oīb⁹ san-
Dat.12.d ctis de q̄bus in euāgelio dicit: Vi sūt fratres mei q̄ faciūt volūtatez patris mei. his dat terrā optimā de q̄ dicit:
Ps.26. Credo videre bona dñi in ter. vi.

c Prebēs cibaria sin. Metiebaf̄ triticū patri suo ioseph: nec tñ eū paf̄ qñ vidit: nec qñ triticū accepit adorauit quō ℊ somniū impletū putamus: nisi maioris rei contineat ꝓphetiam.

d Adducite pecora ⁊c̄. Querit̄ cuz ioseph frumēta colligeret vñ homines viuerēt: pecora vñ viuebāt: cū tāta fames inualuisset: ⁊ frēs ioseph pharaoni dixer̄t: Nō sunt pascua pecorib⁹ puerorꝫ tuorꝫ ⁊c̄. Si ℊ ea fame pascua defecerāt in terra chanaan: cur ī egypto nō defecerāt: cū eadē fames esset vbiq̄? An sicut phibeī ab eis qui loca sciunt: in multis egypti paludibus poterant pascua nō deesse: etiam cum fames esset frumentoꝝ: que solēt nili inundatione ꝓuenire. dicunt̄ ille paludes feracius pascua gignere q̄ aq̄ nili min⁹ excrescit.

e Emit ergo ⁊c̄. Non iniusticie vel iniquitatis arguit̄ ioseph cum etiam fidelitas eius inde cōmendet̄ cos habitare: et trade eis terrā iessen. Nō si nosti in eis esse viros industrios: ꝓstitue illos magistros pecoꝝ meoꝝ. Post hec a† introduxit ioseph patrem suuz ad regem et statuit eum coram b
eo. Qui benedicens illi: ⁊ interrogatus ab eo: quot sunt dies c†
annorum vite tuę? Respondit:

ℊ Sancti aduene ⁊ pegrini sup terram.

a Dies pergrinationis vite meę d
centum triginta annorum sunt e
parui et mali: et nō peruenerūt f
vsq̄ ad dies patrum meorum: quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. †

b Joseph vero patri et fratribus g
suis dedit possessionem in ęgy- h

a ℊ vel loco b ℊ Pars est thebaidis.

pto in optimo terrę solo rāmeſ- i
ses vt p̄ceperat pharao: et alebat eos: omnemq̄ domum pa- k
tris sui: p̄rębens cibaria singulis. In toto enī orbe panis deerat: et oppressérat fames terrā maxime ęgypti ⁊ chanaan. Et q̄ l
bus omnem pecuniam congre- m
gauit pro venditione frumēti: et intulit eam in erarium regis. Cunq̄ defecissent emptoribus p̄cium: venit cuncta ęgyptus ad ioseph dicēs: Da nobis panes. Quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille re

ℊ Pecora pro frumento damus cum bestiales motus a nobis ampuramus: vt verbo veritatis vberibus vacemus.

spondit: Adducite pecora ve- n
stra: et dabo vobis pro eis cibos si p̄reciū nō habetis. Quę cum adduxissent: dedit eis alimenta pro equis et ouibus et bobus et asinis. Sustentauitq̄ eos illo anno pro commutatione pecorum. Uenerunt quoq̄ o
anno secūdo: et dixerunt ei: Nō

ℊ vel domino nostro.

celamus dominum nostrum q̄ deficiēte pecunia pecora simul defecerunt nec clam te est q̄ abs

ℊ als corporibus.

q̄ pecoribus et terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te vidente? Et nos ⁊ terra nostra tui erimus. Eme nos in seruitutem regiam: ⁊ p̄ębe semina: ne pereunte cultore terra rediga/

ℊ Doctrina sanguine.

e tur in solitudinem.† Emit ergo

a Post hec. Hic ꝓñr describitur receptio iacob in ꝓsona ꝓpria: qz postq̄ ioseph exptus fuerat q̄ rex frēs suos gratiose receperat: certificat⁹ est de bona receptiōe patris sui. iō sequit̄: b Et statuit eū coram eo. tū vt patrem suū honoraret de accessu ad ꝓsentiā regis. tū vt pater suus gratias redderet ipsi regi ō bonis ab eo receptis ꝓ se ⁊ ꝓ familia sua.
c Qui benedicēs illi. s. regi quē iacob salutauit: ⁊ cui imprecatus fuit bona. et istud vocat̄ hic bñdicere. d Dies pegrinatiōis vite mee. qz ꝑmo pegrinat⁹ fuerat ī mesopotamia apd laban: vt. ℟. dictum est: Item pegrinat⁹ erat in terra egypti. in terra etiā chanaan habitauerat vt pegrinus ꝓ maiori pte qz nō erat assecut⁹ dominū in illa nisi ī pua portione. Alit̄ etiā exponit̄: qz tota vita humana in pñti nō est nisi q̄dā pegrinatio respectu celestis patrie: ꝑm q̄ dicit apl'us Heb. xiij. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē: sz futurā inq̄rim⁹. e Sūt parui ⁊ mali. Dicunt aūt parui ei⁹ dies respectiue. vnde subditur: f Et nō puenerunt ⁊c̄. qz abraā auus su⁹ vixit. clxxv. ānis: vt habeī. ℟. xxv. ca. ⁊ isaac pr̄ su⁹. clxxx. annis vt habeī. ℟. xxxv. ca. ⁊ alij patres ei⁹ priores adhuc diuti⁹ vixerūt: vt habeī. ℟. xj. ca. Dicunt aūt dies ei⁹ mali. ꝓpt malū penalitat̄ q̄d sustinuit ī vita sua. ꝑmo ex psecutiōe fratr̄ sui esau. secūdo ex lōga fuitute apud laban. tertio ex violatiōe dine filie sue. q̄rto ex transgressiōe ruben ꝑmogeniti sui: q̄ fedauit stratū ei⁹. q̄nto ex venditiōe ioseph: ō q̄ fuit incōsolabilit̄ afflict⁹. sexto ex sterilitate terre chanaan vt ptz ex predictis.
g Joseph xo. Hic describit̄ ipsi⁹ iacob sustētatio p ipm ioseph: vbi ꝑmo describitur ꝓuidētia ipsi⁹ ioseph respectu patris: ⁊ scō respectu regis. ibi: Et quib⁹.

Circa ꝑmū ō: b Dedit pos. in egypto. ꝓuidēs pri ⁊ fratrib⁹ de loco habitatiōis. i In opti. ter. so. rameſſes. est enī rameſſes ī territorio iessen qō. s. petiuerāt. k Et alebat eos. puidēs eis de victu. l Et quib⁹. hic oñstit̄ puidentia ioseph respectu regis augēdo sibi fideliter thesaurū: ⁊ scō clemēter se hūs erga ppm. ibi: Dixit ℊ ioseph. Circa ꝑmū ō: sic: Et q̄b⁹. i. ex egypto ⁊ chanaan ⁊ alijs terr̄ circūadiacēt̄ib⁹. m Ēmpe. cō. nō ꝓ actiōes: sz ꝓ vēditionem bladi iustā: qz tñ valet res q̄tū pōt vēdi. ⁊ iō illud qō ioseph emerat ꝓ puo p̄cio tē poze fertilitat̄ poterat reuēdere eisdē ꝓsonis: ⁊ mlto forti⁹ alijs ꝓ maiori p̄cio: maxie qz nullū cōpulerat ad vendendū sibi bladū noīe regī. n Addu. pe. vīa. Iz ei eēnt ī fame positi: ñ tñ tenebaf̄ rex eis dare bladū gratīs q̄diu haberēt bona vñ possent emere. o Uene. q̄z an. se. dicunt hebrei q̄ iste fuit scōs ann⁹ famis ⁊ q̄ ī aduētu iacob q̄ veīt ī ꝓncipio tertij anni famis statim nilus irrigauit terrā egypti. ppt̄ merita ei⁹: ⁊ facta ē fertilitas: q̄ sbtracta fuerat ꝓ siccitatē: vt p̄ dictū ē ꝑm vnā opinionē. Sz b̄ videt̄ cōtra textū. ꝑmo qz ioseph ꝓ spīm ꝓphetie p̄dixerat famē durare p. vij. annos. scō qz ꝑm istud dictū seq̄ret̄ q̄ ioseph sustētasset egyptios ꝑmo anno famis ꝓ pecorib⁹: ⁊ ꝓ oñs durāte adhuc fertilitate sustētasset eos ꝓ pecunijs qō videt̄ manifeste falsum: qz tūc emebat ioseph bladū ab egyptijs ⁊ nō econuerso. Et iō dicendū est q̄ scōs ann⁹ hic intelligit̄ ab

† .23.q.8. e tributū .§. Quis. De ī munī .c. nō minus.

cõmendeꝝ: qz nullius psone gratiã suscepit. Sz iuxta emptoris preci/
Mystice um equo libramine repensauit. Mystice aũt significat oẽs q̃ in spirita
li egypto sunt ⁊ eius opes ambiũt seruos esse. Nullus est enĩ liber e/
gyptius: qui carnalis est ⁊ venũdatus sub peccato. Pharao enĩ eos
Exo.10.a subiecit. Aũ fortasse dz: Ego suz dñs deꝰ tuꝰ qui eduxi te de egy. ꝺ do
Rom.6.b mo seruitutis. Aũ: Nõ regnet peccatũ in vro
Ibidem.c mortali corpore ⁊c. Et alibi: Serui estis eius
cui obedistis: siue peccati ĩ mortez siue obedi/
tionis ad iusticiã. Egyptij aũt volenter in ser
uitutem redacti sunt: Hebrei ẋo violẽter. Aẽ
E diderũt aũt egyptij semetipsos nec dispẽsato
ris culpa est: vbi digna repensanꝺ ꝑ meritis.
1.Cor.5.b Hoc ⁊ paulus fecit: cũ illũ qui indignꝰ nume
ro sanctoꝝ vel cõsortio fuit: sathane tradidit.
Nemo ergo dicat paulũ durius egisse: qui ho
minẽ de ecclesia eiecit: vt expulsus discceret nõ
blasphemare. hoĩs enĩ volũtas est iniqua: cũ
amans terrena despicit celestia: et ꝑpter ava
riciam se subijcit diabolo. Dei aũt pmissio est
iusta: cũ eum qui spernens meliora elegit pe/
iora: dimittit arbitrio suo vt cadat. Emit ꝙ
io.⁊c. Emptio ioseph qui frugibꝰ emit terram
egypti significat christũ doctrina ⁊ sanguinis
precio redimere mundũ. Qꝺ aũt dicit: accipi
te semina ⁊ serite agros: vt fruges habere pos
sitis ⁊c. Semen est verbũ dei: agri corpora: q̃
vomera euãgelico exarata ⁊ semine spũali se/
minata fructũ virtutũ ꝛgerminãt. Quinta ps
que regi dabaꝝ. quinq̃ sensuũ cẽsus qui chri/
sto regi soluendus. Quattuor relique ĩ semẽ
tem ⁊ cibos possessoribꝰ pmittunꝝ: qz actua/
lis vite vsus vnicuiq̃ cõcediꝝ: vt seminet vir
tutum opera: et fructus iusticie metat in vitã
eternam: qui a christo nobis tribuitur. Unde
ioseph dicit: Salus nostra ĩ manu tua est: qz
salus mũdi in potestate christi. a Preter
ter. Hoc significat ecclie terrã in q̃ veri sũt sa/
cerdotes liberã esse a censu mũdiali q̃ ẋbo di
uino indesinẽter pascit nec damnũ panis spi/
ritualis sustinebit. b Cuiꝰ a.c. Augꝰ. Ea fi
liũ iuratiõe ꝓstringit: q̃ ꝓstrinxit abrahã suũ.
Iste mandãs vñ vxor ducaꝝ filio suo. Iste cõ
mẽdãs sepulturã corpis sui. In vtraq̃ tñ cã
notata sũt duo q̃ magnipẽdẽda sũt ĩ oĩbꝰ scri/
pturꝝ: misericordia ⁊ iusticia: vel misericordia
⁊ iudiciũ: vl mificordia ⁊ ẋitas: qz scriptũ ẽ.
Ps.24. Uniũse vie dñi mificordia ⁊ ẋitas. Seruꝰ aũt
abrae dixit: facite ĩ dõm meũ mificordiã ⁊ iu
sticiã: ⁊ iste vt facias ĩ me mificordiam ⁊ ẋitã
tẽ. Quid aũt sibi velit tã sollicita corpis cõmẽ/
datio vt nõ ĩ egypto sepeliaꝝ: sz ĩ terra chana
an iuxta pres tuos: mixt videꝝ: nec ꝓueniẽs tã
te excellẽtie ꝑpbe si ex hoĩm ꝓsuetudie meti/
amur. Si aũt sacra q̃ramꝰ maiorꝝ admiratiõis
gaudiũ iueniemꝰ. Cadaueribꝰ enĩ mortuoꝝ
Ecci.34.d pctã significanꝝ: cũ iubenꝝ hoĩes pꝰ eoꝝ ꝓta/
ctũ tã ab imũdicia purificari. Aũ q̃ baptiça
tur a mortuo ⁊ itex tãgit illũ: qꝺ ꝑfuit laua/
tio eiꝰ? Sepultura q̃ mortuoꝝ: remissionẽ pec
Ps.31. catoꝝ significat. Aũ: Beati q̃ꝝ remisse sũt iniq̃tates ⁊c. Ubi q̃ sepeli/
enda cadauera pr̃iarchaꝝ nisi ĩ terra q̃ ille crucifixꝰ ẽ: cuiꝰ sanguie fa
cta ẽ remissio pctõꝝ: mortibꝰ enĩ eoꝝ significanꝝ pctã hoĩm. Dicit aũt
a loco q̃ abraamiũ vocaꝝ: vbi ꝓdita sũt eoꝝ corpa: abeẽ locũ vbi cru
cifixꝰ ẽ dñs fere. xxx. milibꝰ passuũ: vt ipõ nũero significeꝝ iesus xps
q̃ in baptismo appuit fere. xxx. annoꝝ. c Quo iurante. Augꝰ. Qꝺ
hũt latini codice sadorauit sup caput ẋge eiꝰ. Nõnulli emẽdatiꝰ hũt.
Adorauit sup caput ẋge sue: vel ĩ capite ẋge sue: vel ĩ cacumĩe: vl su
p cacumẽ ẋge sue. Fallit enĩ eos grecũ ẋbũ qꝺ eisdẽ scribit̃ lr̃is siue
eiꝰ siue sue significet. Sz accentꝰ dispares sũt: ⁊ ab eis q̃ ista nouerũt:
in codicibꝰ nõ cõtẽnunꝝ. Ualẽt enĩ ad magnã discretionez q̃nis vnã
plus habere possit lr̃az si esset sue: vt nõ aitoi sz eaitoi esset. Et ꝺ me/
rito querit̃ qꝺ sit qꝺ dictũ est. Nam facile intelligereꝝ senem q̃ virgã
ferebat sicut solet illa etas: ad deũ adorandus se inclinasse sup caput
virge sue: quam sic ferebat vt super eam caput inclinando adoraret
deum. Quid ẽ ergo adorauit super caput vel cacumẽ virge eius. i. io
seph? An forte tulerat ab eo virgam quãdo ei iurabat: ⁊ dum eam te
net post verba iurantis nondum illa reddita adorauit deuz? Nõ enĩ
pudebat eum ferre tantis ꝑ insigne potestatis filij sui: vbi figura rei

a ſ Christus. b ſ Corpore.

ioseph omnẽ terrã ęgypti: ven
dentibus singulis possessiones
suas ꝓ magnitudine famis. Sub a
iecitq̃ eam pharaoni: ⁊ cunctos
populos eiꝰ a nouissimis termi/
nis ęgypti vsq̃ ad extremos fi/
a ſ Hinc habemus exemplũ q̃ possessiões eccle/
sie distrahi nõ debent cuz a regibꝰ deo sint man/
cipate ⁊ iõ in nullius bonis computande.
nes eius: ꝓterq̃ terrã sacerdotuz b
q̃ a rege tradita fuerat eis: Qui
bus et statuta cibaria ex horreis c
publicis ꝓbebanꝝ: ⁊ idcirco nõ
sunt cõpulsi vendere possessiões
suas. Dixit ergo ioseph ad popu d
los: En vt cernitis et vos et ter/
ram vestrã pharao possidet: Ac/
ſ Serui facti: id est plene deo subditi frumenta
ad semen accipimus: quia verbũ dei proximis ꝑ/
dicare libere possumus.
cipite semia ⁊ serite agros: vt fru
a ſ Quintam partem damus cuz pro moderatio
ne quinq̃ sensuum deo famulamur.
ges habere possitis: Quintam
a ſ quattuor retinemus cum in hac vita fm cu/
iusq̃ facultatem: laudabiliter conuersamur.
partez regi dabitis: quattuor re
liquas pmitto vobis in sementẽ
et in cibũ familijs ⁊ liberis vr̃is.
ſ Salus mundi in potestate christi.
Qui responderũt: Salus nostra
in manu tua ẽ: Respiciat nos tã/
tum dominꝰ noster: et lęti seruie
mus regi. Ex eo tempore vsq̃ in
pręsentez diem in vniuersa terra
ęgypti regibus quinta pars sol/
uitur: ⁊ factũ est q̃si in legẽ: absq̃
terra sacerdotali: q̃ libera ab hac e
conditione fuit. Habitauit ergo
israel in ęgypto: id est in terra ies/

illo tpe quo defecit eis pecunia ad emendũ: ⁊ ille fuit
circa finẽ sterilitatis terre ⁊ maxime qz ioseph p̃dixe/
rat publice: ita q̃ erat notũ ꝑ totã terrã egypti ꝺ. vij.
annis famis future post sterilitatez: ⁊ iõ verisile est q̃
multi de terra egypti reseruauerũt sibi bladũ vñ po/
terant sustẽtari ꝑ aliqꝫ tps: ita q̃ nõ fuerũt compulsi vẽ/
dere pro blado pecora sua et possessiones suas tam cito: sz
magꝭ ĩ vltimis annis famis. sequit̃: a Subiecitq̃ eam
pharaoni ⁊c. Jn hebreo dici/
tur sic: Et fuit terra ipsi⁹ pha/
raonis: et populuz transtulit
ad ciuitates de fine terre egy
pti vsq̃ ad finem eius. Dicũt
enim hebrei ad ostendendum
q̃ terra erat ipsius regis im/
mediate: ioseph fecit transfer
re populũ de vna parte terre
egypti ad aliã ⁊ ecõuerso: vt
ꝑ talem translationẽ quilibet
ostenderet ⁊ ꝑfiteretꝝ q̃ nihil
iurꝭ haberet ĩ hereditate sua
pristina. Causa aũt huius di/
uersitatis inter trãslationem
nostrã ⁊ litterã hebraicam in
hoc loco potuit esse ex hoc q̃
iste due dictiones hebraice. s.
vaiaenir ⁊ vaiaenid. quaruz
prima significat: ⁊ fecit transi
re. et secũda significat: ⁊ sub/
iecit seruituti. nõ differunt in
hebreo nisi in vltima lr̃a que
in prima dictione est lr̃a res
in scda littera daleth. Iste aũt
due littere hebraice: licet ĩ so/
no habeant magnã diuersita
tem tamen in figura habẽt cõ
uenientiã: et ideo ꝑpter simi/
litudinẽ banc translator no
ster accepit vltimã dictionez
pro prima vel ecõuerso. Scri/
ptores hebreoꝝ qui fuerunt
post tps translatoris scripse/
runt primã ꝑ secũda. tñ vtra
q̃ littera vadit ad eandez in/
tentionem: hebraica tñ magꝭ
exprimit: vt ptz ex p̃dictis.
b Preter terrã sacerdotũ.
erant enim deputati ad cultũ
deoꝝ illius populi: ⁊ etiã ad
studiũ scientiaꝝ speculatiua/
rũ: fm q̃ dic̃ pbs. j. Metha.
q̃ gens sacerdotũ egypti ibi
primo studere concessa est. Et
Josephus in libro antiquita
tũ dic̃ q̃ abraã qñ descẽdit in
egyptum: vt habitũ est. s. xij.
ca. Docuit sacerdotes egypti astronomiã. et ex tũc in
talibꝰ scientijs studere ceperũt. ⁊ iõ a rege habebant
victuz. vñ subdit̃: c Et statuta cibaria ⁊c. Et ex ꝑ
loco habeꝝ q̃ illis q̃ sunt deputati diuino cultui ⁊ stu
dio ꝺz ꝺ victu ab his q̃ hũt curã regẽde cõitatis ꝓui
deri. d Dixit ꝙ ioseph. Hic ꝓñr ostẽdit̃ clemẽtia io
seph erga ppłm in ꝑ q̃ terrã egypti quã iusto titulo ꝑ
rege acq̃sierat: reddidit his eã q̃ vẽdiderãt ꝑ quita
te fructuũ. ex q̃ ptz q̃ fecit eis magnã gratiã: qz ali/
bi vbi terra nõ est notabiliter fertilis: bñ tradit̃ colen
da ⁊ seminanda ꝑ media pte fructuum. terra aũt egy
pti nõ solũ est bñ fertilis: vt referũt illi qui eam vide
rũt: sz etiã cum paruo labore ꝑpter irrigationez nili:
qui fecundat terrã illã. Et ptz lr̃a ex dictis. e Ha/
bitauit ꝙ. Hic describit̃ status iacob in egypto q̃tum
ad finẽ seu cõsummationẽ. ⁊ ꝓmo describit̃ sue sepul/
ture ordinatio. scꝺo dicte ordinationis executio. ca. l.
Adhuc ꝓmo describit̃ dicta ordinatio. scꝺo subdit̃ fi/
liorum benedictio. xlviij. ca. Jn prima parte dicit sic:

futurę pręsignabatur. Hiero. Et adorauit israel cōtra summitatem virgę eius. Hoc etiā in loco quidā frustra simulant adorasse iacob summitatē sceptri ioseph: q. s. honorās filiuz potestatē illi⁹ adorauerit: cū in hebreo mlto alit legat. ⁊ adorauit israel ad caput lectuli: q⁹ post iurauit ei fili⁹ securus ō petitione: adorauit deuz ꝓuersus ad caput lectuli. Sanct⁹ enī vir ⁊ deo deditus: senectute oppſſus sic habebat lectulū positū: vt ipse iacentis habit⁹ absq; vlla difficultate ad orationē eēt paratus. Ca. XLVIII

a Qui assumptis ⁊c. Hiero. Et tulit duos filios secū manassen ⁊ ephraim. Ex hoc apparet qō. s. diximus: q⁹ ioseph ad id loco⁹ duos tm̄ filios habuit ephraim ⁊ manassem. Si ā⁹ post multos annos moriente iacob duos tm̄ duxit ad bn̄dictionē illo vtiq; tpe cum filij eius generare nequierāt paruuli atq; lactantes in ingressu pr̄is et fratrū nepotes ex his hr̄e nō potuit.

Nico. de lyra ✠ Qui

a Auctusq; est ⁊ mūltiplicat⁹. In bonis spūalibus ⁊ tpalibus: ⁊ prole filiorū suorum. b Cumq; appropinq̄re ⁊c. ex quo patet q⁹ habuit spiritum ꝓphetie. c Vocauit filiuz suum ioseph. p nuncium: q⁹ distabat ab eo negocijs regni occupatus. d ✠Pone manū tuam sub femore meo. s. ad iurandū p xp̄m nasciturū de iacob sicut ō. expositū est. xxiij. ca. e Cōdasq; in sepulchro maiox. s. in terra ꝓmissionis: in qua erāt sepulti abrāā ⁊ isaac: ⁊ nō solū ꝓpter illos desiderabat ibi sepeliri: sz ꝑncipaliter ꝓpter redēptionē generis humani ibi fiendaz p xp̄m: qui in illa terra natus est: ⁊ conuersatus est mortu⁹ ⁊ sepult⁹ et ibidē resurrexit: ⁊ inde ad celū ascendit: de quibus iacob habuit fidē ⁊ noticiam aliquā ⁊ forsitan videbat in spū q⁹ cū xp̄o resurgente resurgerēt multi sancti iam defuncti: vt habetur Matth̄. xxvij. et sperabat cuz eo resurgere.

f Adorauit israel dn̄m. pro bn̄ficio sibi cōcesso. g Cōuersus ad lectuli caput. caput enī lectuli erat versus terram ꝓmissionis: ⁊ ad illā ptem adorabāt iudei deuoti: qñ erunt extra terrā illam: sicut habet. iij. Reg. viij. ca. et Dan̄. vj. ca. Ca: XLVII

Moraliter. Ingressus igitur ioseph nunciault pharaoni ⁊c. ✠Per hoc āt q⁹ ioseph exaltatus a rege fratres suos studuit ꝓmouere ostendit q⁹ quilibet exaltat⁹ a deo maxime q̄tum ad regimē ecclesie debet esse sollicitus de ꝓmotiōe bonox qui dicunt eis fratres q⁹ sunt in virtute similes. frater enī dicit quasi fere alter. iō de talibus ꝓmotis subdit: † Viri pastores ouiū sumus. et sicut ꝑlatus honorat a subditis ita debet ꝑlatum supiorē honorare. ꝓpter hoc subdit: a† ✠Post hec ītroduxit patrem suū ad regem. s. celestē qui p terrenū intelligit ꝓpē regiam dignitatē. dicit aūt ꝑlatus viuēs patrē suū ad regē introducere qñ pro ꝑdecessore suo orat deum deuote vt veniat ad cōspectū regis glorie. c† Qui benedicēs illi ⁊c. Et bn̄dicto rege ⁊c. Veniēs igit ad cōspectū dei clarū benedicitur ab eo dono glorie q⁹ est summa benedictio: ⁊ econuerso ipse benedicit deū benedictione laudis eterne. ✠Ps. lxxxiij. Beati qui habitāt in domo tua dn̄e: in secula seculox laudabūt te. ✠Per hoc aūt q⁹ subdit: † Egressus est foras. nō est intelligendus recessus a deo. sed sicut dicit Saluator Joh̄. x. ✠Per me si⁹ introierit saluabit⁹ ⁊ ingrediet⁹ ⁊ egrediet⁹ ⁊ pascua inueniet. Vnde beati reficiunt interius in aspectu diuinitatis xp̄i ⁊ exteri⁹ in aspectu sue hūanitatis. Et hoc vocatur hic ingredi ⁊ egredi ⁊ nō p aliquē recessuz a xp̄o. † Cumq; defecissent emptorib⁹ precū ⁊c. ✠Per hoc aūt q⁹ egyptij bona mobilia ⁊ īmobilia dederūt ꝓ alimētis p que sapiēcie documenta significant vt. s. dictū est. datur intelligi q⁹ omia bona tpalia pro acquisitiōe sapientie sunt ꝓpendenda. Vnde de ipsa dicit Sap̄. vij. Diuitias nihil esse dixi in compatiōe illius: nec comparaui illi lapidē pciosuz: qm̄ omne aux in comparatione illi⁹ arena est exigua ⁊ tanq̄ lutū estimabit⁹ argentū in cōspectu illi⁹. Et ✠Prouerb. xvij. dicit: Quid ꝓdest stulto habere diuitias cū sapientiā emere nō possit. Et de anagoga legit⁹ q⁹ cū de studio sapientie rediret ad terram suam ⁊ videret suas possessiōes dissipatas risit. Ego nō essem salu⁹ nisi iste perissent. b† Cū q⁹ appropinquare cerneret diem mortis sue vocauit filiū suū ioseph. ✠Per hoc aūt q⁹ iacob de loco sepulture sue fuit ita sollicit⁹ instruunt sapiētes esse solliciti de sepultura sua in loco sacro ⁊ vbi copia suffragiorū habetur.

In ca. xlvij. vbi dr̄ postilla: Oēm pecuniam non congregauit.

Additio. Quia in emptiōe et vēditiōe eqlitas iustic⁹ obseruanda est: vt ī scda scde q. lxxvij. ar. j. in cor. q. Idcirco non videtur dicendū: q⁹ tm̄ valet res q̄tum posset vendi. pōt enī qñq; res vēdi in mlto maiori pcio q̄ valeat fm vex⁹ sum valorē ⁊ ꝑ ꝓpt magnā indigentiā ementis quā hz de illa re: ⁊ in tali casu nō ē estimādus valor rei fm q̄ntitatem q̄ ipa res pōt vendi: q⁹ sic si quis rem suā supuēdit ī notabili quātitate: vltra iustū pcium ꝓpt magnā necessitatem ementi: tūc venditor videt q̄si vēdere q⁹ nō ē suū: q⁹ id q⁹ accrescit sup iustū pciū nō est ex ꝑditiōe rei vēdite: sz ex cōditiōe ementis: vt in ꝑdicta q̄stiōe. Ad excusatiōez aūt ioseph q̄ vendit blada ꝓ maiori pcio q̄ emerat: sufficit diuersitas tpis: q̄ sic et diuersitas loci magnā faciūt differentiā in vero valore rex: vt ī ꝑdicta q̄stiōe. † s. 24. 8 † s. 25. d

Replica correctorij contra Burgen̄. In ca. xlvij. vbi postillator dicit ō ꝓtractib⁹ ioseph quō fuerūt iusti: ist Burgē. aucte scti Tho. scda scde. q. lxxvij. ar. j. in cor. q. ⁊ rn̄sione etiā ad vltimū ar. asserēs: q⁹ ī cōmutationib⁹ eqlitas iustic⁹ seruāda sit. Sz ego cum postillatore veri⁹ puto: q⁹ in cōmutatiua iustic⁹ equalitas fm naturā fuari nō possit: q̄cq̄d dicat sanct⁹ Tho. p Burgē. allegat⁹: q⁹ totū aux mūdi fm naturā nō valet vnū equum. cū tn̄ ordine ad humanos vsus modicū aux valet magnū equū. Eqlitas igit ī cōmutatiua iustic⁹ q̄ est ī ꝓtractib⁹ nō fuat: sz p rōnem iustic⁹ mensurat⁹ vt dicit sanct⁹ Dion̄y. ō diui. no. ca. viij. Ratio aūt iustic⁹ mēsurant⁹ hāc eqlitatē: ⁊ terminantis inequalitatē describit⁹ a beato Aug⁹. in libro lxxxiij. q̄stionū. q. xliij. dicēte: Justicia est habit⁹ animi cōmuni vtilitati seruata: suaz cuiq; tribuēs dignitatē. Nūc aūt tpe fertilitatis modicū aux valet multū bladū: ideo fm mensuram iustic⁹ tpe fertilitatis modicū bladū valet multū aurū: iō videt dicendū: q⁹ tantum valet res fm illam equalitatis mensurā quantū vendi potest. seruata vtilitate nō ꝓuata: maxime cessantibus dolo: metu et violentia compulsione: sic ⁊ in his factis ioseph: put postillator dicit: Fateor quidem q⁹ respiciens ad solaz necessitatem ementis: ⁊ sic carius vendens: quia nō respicit ad oīe conferens: sed ꝓuatū iustic⁹ cultor nō est: sz hoc nō est in factis ioseph: nec apparet ex dictis postillatoris. Ca. XLVIII

b Is itaq; transactis. Vic consequenter ponit filiorum b iacob benedictio. et ꝓmo ipsius ioseph in filijs suis. secūdo ipsius ioseph in persona ꝓpria cuz alijs filijs iacob xlix ca. Adhuc ꝓmo describitur filiorum ioseph adoptio. secundo eorū benedictio. ibi: Videns autem. tertio ipsi⁹ ioseph specialis ꝓmiatio. ibi: Et ait ad ioseph. Adhuc p̄mo describitur dicta adoptio. secundo subditur ipsius excusatio: ibi: Mihi enim. Circa ꝓmum dicitur: ī Nunciatum est ioseph q⁹ egro. ⁊c. quia nunc frequenter currebant de ipso ad patrem et econuerso: ad sciendum statum mutuum.

k Ire perrexit. hoc non est in hebreo: sensus tamen est: id est ad eundem se disposuit.

a Qui confortatus se. Hiero. Et cōfortat⁹ iſrl̄ sedit sup lectulum. Cur Lxx. idē verbuz alīt atq; alīt ediderit nescio: ſz audacter dico q; idem verbū macha: qđ hic in lectulū transtulerūt: supra vbi dixit adorasse iacob virgam nominauerunt.

b Duo ģ filij tui q̄ nati sūt tē. Anteq̄ venirē ad te ī egypto. mei erūt. Hier. patz q. lxx. aīe ingressi sunt in egyptū: τ q; ioseph eo tpe non nonē: sed duos tm̄ filios habuit: sīc ipse iacob testat. Qđ aūt dicit ephraim τ manasſem: sicut ruben et symeō due trib⁹ erunt et ex suis vocabulis appellabunt̄: et duos pl̄os pcreabūt τ trā pmissiōis hereditabunt. Cū āt filios dicit reliq̄s q̄s p⁹ mortē meaz generis: ostēdit. necdū esse procreatos. Quod vero addit. Et noīe fratrū suoz vocant̄ ī possessiōib⁹ suis: ℞ est nō accipiēt trāz sepatim nec funiculos proprios: ſz in tribus ephraim et manasſe q̄si appendices miscebuntur. c Et sepeliui eaz. Joseph q̄si nescienti indicat vbi et q̄m matrem sepelierit: forte ꝓphetice cōmemorās ibi sepultaz esse matrē eius: vbi erat xp̄s nasciturꝰ. d Cūq; tulisset tē. Jſid. Sicut factū est in esau τ iacob: ℣.25.c dicēte dño: maior fuiet mīori: ita τ in filijs ioseph: maior enī manasſes. i. obliuio: populū ſignificat iudeoruz. Minor ℞o ☞ christi/

a Qui cōfortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se ait: Deꝰ oipotens apparuit mihi in luza: quę est in terra chanaā: bñdixit mihi et ait: Ego augebo te τ multiplicabo: τ faciā te in turbas pp̄loz. Daboq; tibi terram hāc: et semini tuo post te ī possessionē sempiternā. Duo ģ filij tui q̄ nati sunt tibi ī terra ęgypti añq; venirez ad te mei erūt ephraim τ manasſes ☞ vocabunt̄ filij iſrael. sicut ruben et symeon reputabunt̄ mihi. Reliquos autez q̄s genueris post eos tui erūt: τ noīe fratrū suorū vocabunt̄ in possessionib⁹ suis. Mihi enī qñ veniebā de mesopotamia: mortua ē rachel ī terra chanaan ī ipso itinere. Eratq; vernū tp̄s. ☞ vel ephraim. Et ingrediebar ephrataz: τ sepeliui eā iuxta viaz ephrate quę alio noīe appellat̄ bethleem. Videns aūt filios eius: dixit ad eū: Qui sunt isti? Respondit: Filij mei sunt: quos donauit mihi deꝰ in hoc loco. Adduc eos inquit ad me: vt benedicā illis. Oculi enī iſrael caligabant ꝓ nimia senectute: τ clarevidere nō poterat. ☞ al's Applicitos. Applicatosq; ad se deosculatus τ circūplexus eos: dixit ad filiū: Nō suz fraudatus a conſpectu tuo: insuper ostēdit mihi deꝰ semē tuū. Cūq; tulisset eos ioseph de gremio patris: adorauit pronꝰ in terraz. Et posuit ephraim ad dexterā suā: id est ad sinistrā iſrael: manasſen vero in sinistra: ad dexterā scz patris. Applicuitq; ambos ad eū. Qui extendens manum dexteram posuit sup caput ephraim iunioris fratris. Sinistraz aūt sup caput manasſe q̄ maior natu erat cōmutans manꝰ. Bñdixitq; iacob filios ioseph τ ait: Deꝰ in cuiꝰ cōspectu ambulauerūt patres mei abraā et isaac: deus q̄ pascit me ab adolescētia mea vsq; in ꝓsentē diē: angelꝰ q̄ eruit me de cūctis malis bñdicat pueris istis: et inuocet sup eos nomen meū: noia q̄q; patrum meoz abraā τ isaac et crescāt in mltitudie sup terrā. Videš āt ioseph q̄ posuisset pr̄ suus manū dexterā sup caput ephraī: grauiter accepit. Et appḥēsam pr̄is manū leuare conatꝰ ē ꝺ capite ephraī τ trāsferre sup caput manasſe. Dixitq; ad patrē: Nō ita ꝓue

a Qui confortatus. de aduentu filij sui predilecti.

b Deꝰ oīnipotēs apparuit mihi in luza. ista ciuitas vocatur bethel τ hierusalē τ alijs nominibus: vt. ē. expositū est ca. xxviij. c Daboq; tibi terrā hāc. hoc dixit iacob vt ostēderet q; poterat dare ptē in terra illa ꝓmissionis filijs ioseph sicut τ ꝓprijs filijs: iō subdit: ꝺ Duo ergo filij tui. s. manasſes τ ephraim. e Mei erunt. per adoptionē: f Sicut ruben τ symeon reputabunt̄ mihi. i. quilibet eoruz ita accipiet portionem suam in terra ꝓmissiōis q̄ diuidet̄: sīc filij mei naturales. τ ponit exē plū de ruben τ symeon plus q̄ de alijs: q; erant ꝓmogeniti. τ iō qui equipauit filios ioseph ipsis: p cōsequēs et alijs minoribꝰ. g Reliquos aūt q̄s genueris τē. i. nō adopto eos tali mō. h Et noīe fratrū suoz τē. ab eis nō denominabit̄ aliq̄ tribus: ſz noiabunt̄ sub tribubus manasſe τ ephraim. τ cū eis accipiēt hereditatem.

i Mihi enī. Hic subdit ipsi⁹ iacob excusatio: ꝓpēderat enī p aliq̄ signa q; ioseph mirabat̄ de hoc q; iacob cū tātis sumptib⁹ volebat portari corꝑ suū ad speluncā duplicē in hebron: τ maxime q; rachel mater sua q̄ fuerat vxor iacob p̄dilecta nō erat ibi sepulta: τ iō iacob volēs sup hoc pacificare ioseph dixit: k Mortua est rachel τē. q. d. necessitas me cōpulit ipaz sepelire ex̄ spelūcā duplicē: q; erā ī itinere cū magna familia: quā nō poterā ꝺ serere: τ adhuc nimis distabā a loco sepulture p̄dicte.

l Eratq; vernū tp̄s. in quo pecora hñt fetus in vtero: ꝓp̄t qđ non poterā iter accelerare ne mozerent̄. m Et sepeliui eam iuxta viā. vbi trāseūt boues cōiter: τ edificaui sepulchrū ita q; trāseuntes poterāt videre sepulturā eius: τ memoriā eiꝰ ad alios deferre: ac si diceret ipi ioseph: debes me excusatū habere ꝺ hoc q; nō portaui eā ad sepulchra maiora: q; habui legitimū impedimentū: ſz nihilominꝰ construxi ei nobile sepulchrū: Sic exponūt doctores nr̄i. Hebrei aūt aliter exponūt licet ad eundez finē: videlicet ad excusationē iacob de hoc q; rachel nō erat ī sepulta hebron: τ ℔m eos iacob se nō excusat ꝓp̄t difficultatē portādi corpus rachel ad locū p̄dictuz: imo primo excludit causam istam dicens: Mortua est rachel in terra chanaan: in qua terra est hebron. et iō lōgitudo itinerꝭ nō me impediuit: τ marīe q; ℔m descriptionē terre sancte. hebron nō distat a bethleem iuxta quā sepulta ē rachel: nisi p sex leucas vl̄ circiter. Eratq; ☓nū tp̄s: qđ est aptū ad itinerandū. τ iō malicia tpis silr me nō impediuit. Quid igit̄ volūtas dei τ eius ordinatio? Dicunt enī hebrei q; iacob scivit ex diuina reuelatiōe q; tpe nabuchodonosoz destruēda erat hierusalem. vt habet̄. iiij. Reg. xxv. τ q; nabuzardan duceret populū eiꝰ captiuuz in babylonē: τ q; trāsirēt iuxta sepulchrū rachel qđ ē super viam illam τ tunc in transitu illoz̄ ipsa rachel de sepulchro miraculose clamaret ad deum querēs misericordiam eiꝰ super populū captiuatū. vt scribit̄ Hiere. xxxj. Vox in excelsis audita est lamentationis: τ fletus et luctus rachelis plorantis filios suos. ideo subdit: Et sepeliui eam iuxta viam. ℔m diuinā ordinationez ꝓpter causam predictam. n Videns autem. Hic subdit ipsi⁹ ioseph benedictio specialis in filijs suis. o Qui sunt isti? Hoc quesiuit iacob q; caligauerāt ocli eiꝰ vt postea subdit: τ ideo ꝛ videret eos astātes obscure: nō tñ clare τ distincte. p Adduc eos inquit ad me. q; ante benedictionē volebat eos amplexari τ deosculari. τ subdit: q Applicatosq; ad se deosculatꝰ τē. Cumq; tulisset eos ioseph de gremio patris. vbi amplexatꝰ et deosculatus eos fuerat. r Adorauit pronus in terraz. i. disponēs se ad benedictionez. s Et posuit ephraim τē. vultus enim puerorū τ ipsius ioseph erant contra vultū ipsius iacob: τ ideo ille qui erat ad sinistram ioseph erat ad dexteraz ipsius iacob. sic enim posuerat eos ioseph: volēs q; manasſes qui erat primogenitus esset sub manu dextera iacob: tanq̄ principalis in illa benedictione: ſz pater feçit contrarium ex causa que exprimitur infra.

t Benedixitq; iacob filios ioseph τ ait. q; ꝓp̄t eū benedicebat pueris eius. sequitur. v Et inuocetur super eos nomen meuz. q; vocati sunt filij adoptiui iacob: et facti sunt capita duarum tribuuz: sicut alij filij iacob. sequitur: x Non ita conuenit pater. hoc dixit ioseph q; euentus puerorū nō erat sibi reuelatus: sicut τ patri. licet enim ioseph haberet spiritum prophetie: vt habitū est supra. xl. ca. et. xlj. tamen bene reuelatur aliquādo alī

☞ quid

christianor. Hic est ephraim qui fecunditatē significat: qō cōuenit pplo iuniori qui est corpus christi: qui fecūdat⁹ est in latitudine mūdi. Joseph quidem ephraim ad sinistraz: manassen ad dextrā constituit. At ille cancellatis manib⁹ crucis mysteriū pfigurās: trāslatā in minorē dexteram: in maiorez sinistrā figuraliter suppositi: vt crucis similitudo sup capita eorū notata: iudeis scādalū: christianis futurā gloriā pfignaret. & seniorē p crucis mysteriū sinistr futurū ō dextro & iuniorē de sinistro dextrum.

1.Cor.1.d

a Do tibi ptez vnaz. Hierony. Ego dedi tibi sichimā pcipuam super fratres tuos: quaz accepi ō manib⁹ āmorreor: in gladio meo et sagitta. Sichima iuxta grecā & latinam cōsuetudinē declinata est. Hebraice enī sichē dicit: iohannes euāgelista testatur. Licet vitiose sichar legat. Quia igit sichen transfertur in humez pulchre allusit ad nomen dicēs: Ego dedi tibi humez vnū: pro pcipuo enī vnū scribit in hebreo. Q ō aūt se dicit in arcu & gladio posse/ disse: arcū et gladiū iusticiaz vocat per quā meruit pegrinus & aduena interfecto sichen & emor ō piculo liberari. Timuit enī ne vicina opida et castella ob euersionez federate vbis aduersus se cōsurgerent. vl sic dabo tibi sichimam quā eni in fortitudine mea. i. pecunia quā multo labore acq̄siui sup frēs tuos. i. absq̄ sorte dedi eaz tribui ioseph Ibi enī sepultus est ioseph & mausoleum eius ibi vsq̄ hodie cernit. Aug. Quod sichimam dicit iacob pcipuā se dare filio suo ioseph: & addidit q posse derit eam in gladio & arcu: querit quō ad litterā conueniat. Emit enī centum agnis possessionē illā nō cepit iure belli. An qz salem ciuitatem sichimoz filij eius expugnauerāt: & iure belli potuit eius fieri: vt iustū bellū cū eis videat qui priores fecerūt iniuriam cōraminādo eius filiā? Cur ergo nō dedit eā maioribus filijs suis: qui hoc fecerī deinde: si mō de victoria gloriās dat eaz ioseph: cur ei tūc displicuerunt filij q̄ hoc cōmiserūt? Cur denicq̄ cū eos bñdicēret: id exprobrādo memorauit? Latet ergo hic prophetic sacramentuz: qz ioseph quadam pcipua significatione christum significauit: & ei dat illa terra vbi obiit iacob deos alienos: vt christus ītelligatur possessurus gētes dys

Ibid.35.a

& patrū

nit pater: qz hic ē pmogenit⁹. Pone dexterā tuā super caput eius.

Qui renuēs ait: Scio fili mi scio. a Et iste q̄ppe erit i populos & multiplicabit: sed frater eius iunior b maior illo erit: & semen illius crescet i gētes. Bñdixitq̄ eis in tpe illo dicēs: In te bñdicet isrl atq̄ dicet: faciat tibi de⁹ sicut ephraim et sicut manasse. Constituitq̄ c ephraim añ manassen. Et ait ad d ioseph filium suum. En ego morior: & erit deus vobiscuz: reducet q̄ vos ad terrā patrū vestrozuz.

a Do tibi partē vnā extra fratres e tuos quā tuli ō manu āmorrei in f gladio & arcu meo. La. XLIX g

Vocauit autem iacob filios suos: et ait eis: Cō- h i

a ¶ Propheticē se loqui insinuat vel significat. Licet enī hoc ad diuisionē

gregamini vt annūciē quę ventura sunt vobis diebus nouissi- k

terre chanaan ptineat: spiritaliter tñ ad christū & in finē seculi venit referenda sunt.

Ca. XLVIII

Moraliter. † Qui extēdēs manū dexterā posuit sup caput ephraī iuniozis fris: Ex hoc habet duplex moralitas. Una est q ppter maiorē etatem nō est aliquis ponendus in regimine seculari vel ecclesiastico nisi ꝺditiōes alie ad regendū requisite cōcomitētur. Hoc etiā mō dauid salomonē regez instituit reprobata adonie institutione. iij. Reg. j. eo q salomon sapientior erat Et similiter petrus apostolus ecclesiam regendam tradidit beato clementi q̄uis haberet alios discipulos seniores.

Alia moralitas est fm interptationē nominū. Manasses enī interptat oblitio & significat excellentē in cōtemplatione qui diuina cōsiderando obliuiscit inferioz. ephraim aūt interpretat fertilitas & significat bonū actiuū in opibus cōuenientibus humane vite fertilez. Propter qd dicit. vj. Ethic. Qz Anaxagoras et cōsimiles sapientes dicebant: qz cōsiderabāt altissima: nō tñ prudentes qm̄ nō cōsiderabāt cōferentia humane vite de quibus est prudentia: qz cōsiderat humane vite conferentia: et cadē rōne boni actiui ppie prudētes dicunt nō sapientes. Regimen aūt ecclesiasticū primo est circa deum qui est altissima & prima causa. secundario x̄o et ex cōsequenti est circa tpalia. & ideo sapientes qui p manassen significant sunt magis apti ad regimē ecclesiasticū & in hoc pponendi. prudētes x̄o p ephraim significati magis sunt apti ad regimen seculare quod p se respicit cōferentia humane vite. Et hoc fecerunt apostoli Act. vj. Qui septē diacones ordinauerūt circa ad ministrationē tpalium vt ipsi liberius intenderent orationi & p̄dicationi vt ibidem dicit: Episcop⁹ tñ debet habere vtrāq̄ pfectionem fm qd dicit Grego. in pastorali: Sit presul actiōe precipuus: sit p ceteris cōtemplatiōe suspensus. Prima tñ pfectio magis est attēdenda in promotione ad statū episcopalem q̄z secunda: vt satis pt ex predictis. In ca. xlviij. vbi dicitur in postilla: Eratq̄ vernum tempus.

Additio. j. In hebreo aūt nō habet hic aliq̄ dictio significans vrenū nec tps: sed est ibi dictio significās mensurā paruā terre & est sensus q mortua esset rachel in itinere in loco a quo restabat modicū spacium itineris vsq̄ ad bethleem: sed tamen sepeliuit eam in via ratione qua declarat in postilla.

In eodem ca. xlviij. vbi dicitur in postilla: Dicunt enim hebrei &c.

Genē.35.d

Additio. ij. Hec expositio ē falsa: nō enī hoc quod legitur Iere. xxxj. Vox in excelsis audita ē: referēdū est ad tps captiuitatis filiorum israel tpe nabuchodonosor: sed potius ille clamor seu vlulatus rachel referēdus est ad occisionē innocentū factā p herodem vt euangelista declarat. Matth. ij. prout in ca. allegato Hieremie domino concedente plene ostendetur.

Replica correctorij contra Burgensem. In ca. xlviij. Burgen. dicit: in hebreo non habetur dictio significans vernum neq̄ tempus &c. ita et postillator in tractatu suo de differentia translationis nostre et hebraice veritatis ibi exponit vt hic Burgen. in ppositio aūt se nostre translationi coaptat: vt satis faciat vie vtriq̄.

Ca. XLIX

tamẽ inquantũ fiebant ex obediẽtia ad deum: ꝛ fidem mediatoris venturi iustificabant: propter quod talis iustificatio in sacra scriptura attribuit̃ fidei ꝛ obediẽtie ad deum. Tertio vita gloriẽ apud deum: qz illa opera erant meritoria vite eterne modo iam dicto: nõ tamẽ habende statim: sed amoto impedimento generali p mortẽ christi. k Omnis homo. Hic consequenter ponit̃ explicatio p̃ceptorum ordinãtium hominem ꝓut est principium propagationis: debita aũt ꝓpagatio impedit̃ dupliciter. Uno mõ ex illegitimitate ꝓsonarꝫ. Alio mõ ex inordinata copula carnali: ꝛ ideo primo excludũt̃ ꝓsone illegitime ad cõtrahendum. secundo causus inordinate copule. ibi: Ad mulierẽ q̃ patit̃ mẽstrua. Circa primũ excludũt̃ primo ꝓsone illegitime ratione ꝓsanguinitatis. secũdo ratione affinitatis. ibi: Turpitudinẽ patrui tui. Circa primuꝫ dicit̃ sic: Omnis homo ad ꝓximã sanguinis sui nõ accedet: nõ est intelligendum per hoc q̃ omnis gradus consanguinitatis sit ꝓhibitus in cõtractu matrimonij: sed illi gradus sunt ꝓhibiti q̃ inferius exprimunt̃. Alij aũt cõcessi intelliguntur. l Turpitudinẽ patris tui. ꝛ pro id est. i. turpitudinẽ matris tue. in hoc enĩ ꝓhibet cõcubitꝰ cũ matre: qz si ipsa sit vxor patris tũc revelat̃ turpitudo patris: qz vir ꝛ vxor sũt vna caro: ꝛ sic est ibi revelatio duplicis turpitudinis. s. patris ꝛ matris. Si aũt nõ sit vxor tunc est ibi revelatio vnius turpitudinis. s. matris: ꝛ hoc est qõ subdit̃: m Mater tua est nõ revelabis tr̃. et ptz: n Turpitudinẽ vxoris patris tui. i. nouerce tue. Et in oĩbus istis p revelationẽ turpitudinis intelligit̃ qui cunqꝫ cõcubitus carnalis. vnde et membra deseruientia cõcubitui dicũtur verenda. o Turpitudinẽ sororis tue ex patre. tantũ. p Siue ex matre. tñ: ꝛ multo fortiꝰ si ex vtraqꝫ parte.

✠ Que dominꝰ hoc ordie mũdus erit. Nõ si nõ lauerit vestimenta sua vel corpus: portabit iniquitatẽ suam.

ꝑdicto. vel fiet.

Ocutusqꝫ ẽ dominus ad moysen dicens: Loquere filijs ysra

qui hoc precipio.

el ꝛ dices ad eos: Ego sũ dominus deus vester: Juxta consuetudinẽ terre egypti in qua habitastis non facietis: ꝛ iuxta morem regionis chanaan: ad quã ego introducturus sum vos nõ agetis:

cuius vos serui. Lxx. studia. religionibus.

neqꝫ in legitimis eorꝫ ambulabitis. Facietis iudicia mea ꝛ p̃cepta mea seruabitis: ꝛ ambulabitis in eis: Ego dominꝰ deus vester. ꝛ Custodite leges meas atqꝫ iudicia: quę faciẽs homo viuet in eis: Ego dominꝰ deus vester.

proficiendo. hoc secũdo dicit in quo vetus et nouum testamentũ innuit. nõ auditores legis iusti sunt: sed factores. quasi rationalis: qui enĩ accedit nõ est homo sed iumentum. genus ꝓponit cui et species supponit.

✠ Oĩs hõmo ad ꝓximã sanguinis sui nõ accedet: vt reuelet turpitudinẽ eiꝰ. Ego dominꝰ. ꝛ Turpitudinẽ patris tui ꝛ turpitudinẽ matris tue nõ reuelabis: soror tua est: nõ reuelabis turpitudinẽ eiꝰ. Turpitudinẽ vxoris patris tui nõ reuelabis: turpitudo enĩ patris tui est. Turpitudinẽ sororis tue ex ꝑte siue ex matre tua nata domi

hac locutione cũ his ꝓsonis cõcubitũ vetuit. cũ matre peccando. ne cõfundat̃ generatio ne idem sit filius et frater.

Ministerio de Cultura 2024

Rom.13.c In charitate enī peccat q̄ plenitudo legis est. Aug⁹. Ex matre si de prioꝛi viro suscepta cū matre in domū venit: sz cū hmōi sororē rem habere ꝓhibet: si nō licet turpitudinē sororis reuelare ex qnolibet parēte q̄ztomagis ex vtroq̄z. Quid aūt ē q̄ interposita ꝓhibitione cōcubit⁹ etiā cū suis neptibus siue de filio siue de filia sequit: Turpitudinē vxoris pr̄is tui nō reuelabis? Si enī hucusq̄z dixisset intelligeremus etiā cū filia nouerce ꝓhibitū fuisse cōcubitū quā ex prioꝛe viro nouerca peperisset: nec hui⁹ cui ꝓhibeꝛ esset sororꝛ vel ex patre vel ex matre: cū vero addidit ex eodē pr̄e sororꝛ tua ē nō reuelabis turpitudinē ei⁹. Manifestat de sororꝛe eē factā ꝓhibitionē: cū fuerit ex patre: et ex nouerca de qua iā supꝛa dixerat: sz forte aptius voluit ꝓhibere qđ superi⁹ dixit obscure. b Filie vxoris ꝛc. Aug⁹. Nō cū filia nouerce ex prioꝛi viro videaꝛ ꝓhibere cōcubitū: cū ei cui ꝓhibeꝛ sororꝛ nō sit: vel ex patre vl ex mr̄e addidit q̄ ex eodē pr̄e. c Turpitudinē fra. pa. Aug⁹. Queriꝛ vtrū ꝑ viuo fratre an mortuo ꝓhibitū sit: Si fratre viuo: ꝑ in generali cōtineꝛ p̄cepto q̄ ꝓhibeꝛ hō ad alienā vxorē accedere. Quid est ḡ q̄ tā diligēter domesticas psonas ꝓpr̄js distinguit ꝓhibitionibus. Nō enī qđ ꝓhibet de vxoꝛe patris. i. de nouerca viuo patre accipiēdū est: ꝛ nō potius de mortuo. viuo em̄ pr̄e q̄s nesciebat eē ꝓhibitū cuz oīs aliena vxoꝛ ꝓhibeaꝛ? Videꝛ ḡ de his psonis loq̄ q̄ possūt nō habētes viros cōuenire in matrimoniū: nisi fuerit lege ꝓhibitū sicut ferꝛ esse cōsuetudo psarū. Sz si fratre mortuo intelligaꝛ ꝑ esse ꝓhibitū: mortuo fratri nō erit semē suscitādū. Sic ergo accipiēdū est: Nō licet ducere vxorē fratris defuncti: si defūctus posteros reliq̄t: vel ꝓhibitū est vxo-
Deu.24.a rē fratris duci cui datꝰ est libellꝰ repudij: posset ei aliq̄s putare q̄ talē liceret sibi ducere: ꝛ adulterū non timere. d Nec accedes. ꝛc. Ex. Et ad vxorē eiꝰ nō introibis: pinde hāc enim turpitudinē dicūt fratris patris eiꝰ. i. patrui pudēda. s. vxoris. e Turpitudinē vxo. In matre cōcupiscētia: actio intelligiꝛ in filia: in nepte moꝛs. Cōcupiscētia enī parit pctm̄: pec-
1.Re.11.a catū mortē vel aliud pctm̄ sicut dauid ex cōcupiscētia adulterauit: ꝛ ꝓ adulterio occidit. f Et reue. ig. ꝛc. Quasi familiare ꝛ cognatū est vobis pctm̄. Unde inuicē debemꝰ cōdo-
Gal.6.a lere: ꝛ onera nostra poꝛtare: vt adimpleamus
1.Pe.2.b legē x̄pi: q̄ pctā nostra poꝛtauit. g Sororez vxoris ꝛc. Non ꝓhibet quālibet sup ducere
† di.5. ad eius. q̄ licebat antiquis ꝓpter abundantiā ꝓpagationis: sed sororem q̄ tamē fecit iacob: q̄ nōdū ꝓhibitū lege fuerat: vel q̄ suppositiōis fraude deceptꝰ erat: quā vero posterius accepit de placito veniebat: sed iniustū erat prioꝛē dimitti ne faceret eā mechari. h In pelicatū. Lxx. in çelū illius: quasi hoc esset çelus inter sororez quasi nō sit ꝛ inter nō sororez. An
1.Cor.7.c potiꝰ ne hoc aīo fiat: vt ī çelū sororis sororꝛ sup-
ducaꝛ? In pace nos vocauit deꝰ: pacē cū oībus habeamꝰ maxime cū ꝓximis. In iudaica quoq̄z cōuersatiōe nō decet ecclesiasticā suscipere: nec typicū pascha cū vero celebꝛare: nec
Gal.5.a circūcisionē cū baptismate. Unde paulus: Si circūcidimini x̄ps vobis nihil ꝓderit. Mortificata ergo iudaica cōuersatione ecclesie debet cōiūgi: q̄ est sororꝛ legis: eosdē habet doctoꝛez: eosdē ꝓphetas. Sz
Ibidē.4.c iudaica cōuersatio emulaꝛ: q̄ ad ecclīaz trāsierūt diuitie eiꝰ. Ūsi paulus ait: Emulāꝛ vos nō bene vxoꝛ nāq̄z prioꝛ çelat: q̄ subintrat secū
Gen.30.b da. Ūsi Lya ait: Nōn ne tibi videꝛ qđ p̄ripueras maritū mihi.
i Ad mulierem ꝛc. Cū hoc superi⁹ sufficienter ꝓhibuisset: hic etiaz repetit: forte ne in superioꝛib⁹ videꝛet figurate accipiendū: vbi talia ꝓhibenꝛ: que remota obseruatione vmbrarū in nouo testamento cu-
Ezec.18.b stodienda sunt. In Ezechiele quoq̄z inter illa q̄ non figurate: sed manifeste peccata sunt: accedere ad menstruatā interdicit et iusticie meritum esse si nō accedaꝛ: qua in re non natura damnaꝛ: sed concipiendē ꝓli noxiū ꝓhibetur. k Cuz vxoꝛe ꝓximi ꝛc. Hic ꝓhibet rur-
Exo.20.b sus adulteriū: quod etiam in decalogo ꝓhibeꝛ: vnde apparet illa ita esse ꝓhibita: vt etiam mortuis viris nō ducant vxoꝛez: quarum ꝓhibet turpitudinē reuelari.

De semie

a Fozis genita est. b Turpitudinē filie filij tui ꝛc. cui⁹ causa subdiꝛ cū dicit: Quia turpitudo tua est: q̄z filiꝰ ꝛ filia sūt de patris substātia. c Turpitudinē filie vxoris patris tui. nō est aliud p̄ceptū a p̄cedēti de sororꝛe vt dicunt aliqui. sed ē magꝛ explicatiuū cause. cum dicitur: d Et est sororꝛ tua. s. ex parte patris. vel dicendū q̄ differt a p̄cedenti sicut pars a toto: q̄z in p̄cedenti ꝓhibeꝛ concubitus cuz sororꝛe: tam ex parte patris q̄ ex parte matris: ꝛ hoc siue genita sit ī matrimonio siue extra. hic autē ꝓhibetur cōcubitus cū sororꝛe ex parte pr̄is tātū: ꝛ genite in matrimonio.

e Turpitudinē sororis pr̄is tui. i. amite. ꝛ eodem modo ꝓhibetur matrimoniū inter fratrem ꝛ filiam eiusdē: quia idē gradus est. f Turpitudinem sororis matris tue ꝛc. cuius causa subdiꝛ. cū dicit: Eo q̄ caro sit matris tue: quia ipsa et mater tua in eodem gradu descenderunt a patre.

g Turpitudinē patrui tui. Hic consequēter excludunꝛ p sone rationē affinitatis. Et pr̄mo excludiꝛ vxoꝛ auunculi. se cūdo nurus ꝓpria videlicet. cū dicit: b Turpitudinez nurus tue. cuius causa subdiꝛ. cum dicit: i Quia vxoꝛ filij tui est. ꝛ p consequens est vna caro cum eo.

k Et vxorem fratris sui nullus accipiat. hoc nō est in hebꝛeo: nec in libꝛis correctis.

l Turpitudinem vxoris fratris tui ꝛc. cui⁹ causa subdiꝛ: Quia turpitudo fratris tui est: quia vir et vxoꝛ sunt vna caro. excipiꝛ tamē casus. s. q̄n frater moꝛitur sine liberꝛ: tūc enim frater viuens non soluz potest eam accipere in vxoꝛez sed etiam tenetur eam accipere vt suscitet semen fratri defuncto. vt habeꝛ Deu. xxv.

m Turpitudinē vxoris tue ꝛ filie eius non reuelabis. In hebꝛeo habeꝛ: Turpitudinez mulieris et filie eius: quia ꝓhibetur accipi filia cuz matre vel post ipsam. n Filiam filij eius ꝛc. cuius causa subdiꝛ: o Quia caro illiꝰ sūt. quia descenderunt ab ea: licet mediate. † 5.20.a

p Sororem vxoris tue in pelicatū illius non accipies: id est ad concubitū. In hebꝛeo habetur: Sororem vxoris tue nō accipies ad anxiandum: quia si vna sit magis dilecta q̄ alia: oꝛitur inuidia min⁹ dilecte ad magis dilectam. ꝛ p consequēs odium ꝛ anxietas vite inter illas: cum tamen inter sororez debeat esse pax et concordia et amoꝛ. ꝛ ꝓpter hoc subditur:

q Adhuc illa viuente. quia si prima sororꝛ sit mortua talis inuidia non oꝛitur: ꝛ ideo alia sororꝛ tunc accipi non ꝓhibetur. r Ad mulierem. Hic consequenter excludunꝛ alīq̄ casus qui sūt ꝓtra bonū ꝓlis ex iordinato coitu seu emissione seminis. cū oꝛ: Ad mulierez q̄ patiꝛ mēstrua ꝛc. q̄z ex tali cōcubitu solet generari ꝓles mōstruosa seu defectiua: vt dictū ē. s. s Cum vx. p. tui nō coibis. q̄z ꝑ nō solū ē ꝓtra ꝓximi fidelitatē: sed etiā cōtra ꝓlē inquātū falsus heres substituꝛ tur ꝛ verus defraudaꝛ saltē in parte.

De semine

§ ex patre.

a tre que domi vel foris genita est nō reuelabis. Turpitudinē filiq̄ filij tui vel neptis ex filia nō reuelabis: q̄z turpitudo tua est. Tur-
b pitudinez filiq̄ vxoris patris tui quā pepit patri tuo: ꝛ ē sororꝛ tua nō reuelabis. Turpitudinē sororis pr̄is tui non discooperies: q̄z caro est patris tui. Turpitudinē
c eo q̄ sit caro matris tuq̄. Turpi-

§ als patrui.

tudinē fratris pr̄is tui nō reuelabis: nec accedes ad vxorē eius quq̄ tibi affinitate cōiūgiꝛ. Turpitudinē nurꝰ tuq̄ nō reuelabis: q̄z vxoꝛ filij tui est: nec discooperies ignominiā eius: Et vxorem
e fratris sui nullus accipiat. Turpitudinē vxoris fratris tui nō reuelabis: q̄z turpitudo fr̄is tui ē.

§ i. ne putas tibi ambas habere licere.

Turpitudinem vxoris tuq̄ ꝛ filiq̄

a § neptē vxoris de filio tuo: vel de filia ꝓhibet duci vxorē.

eiꝰ nō reuelabis. Filiām filij eiꝰ
f ꝛ filiā filiq̄ illiꝰ nō sumes: vt reueles ignominiā eiꝰ: q̄z caro illius
g sūt: ꝛ talis coitꝰ incestus ē: sororē
h vxoris tuq̄ ī pelicatū illiꝰ nō acci

a § opera eoꝝ publicādo: nō tū parces si nō sēdalizenꝛ auditoꝛez.

pies: nec reuelabis turpitudinē
i eiꝰ adhuc illa viuēte. † Ad mulie-
rē q̄ patiꝛ mēstrua non accedes:

§ sapiēria.

k nec reuelabꝭ fœditatē eiꝰ. † Cū vxo-

§ gentilis qui ꝓximus in natura. b § cōmuni cando.

§ actionis doctrine.

re ꝓximi tui nō cōibis: nec semi-

¶ a De semine tuo ꝛc. Cõueniẽter hec subiũgũtur. Intẽdit enĩ legislator a libidine tã sensibili ꝙ intelligibili legi subditũ cohibere. vñ ꝛ ꝓhibeť ꝛ mẽstruata: vtpote ꝙz ꝓximi: qz in tali cõmixtione adulterũ est nõ cõiugiũ. Vñ subdit: Nec seminis cõmixtione maculaberis. Coniugiũ autem honorabile est: et thorus imaculatus. Cũ ergo de duplici fornicatione loqueret: recte adiungit: de semine tuo nõ dabis ido. mo. ꝛc. Semen autem non solum filios et consanguineos: sed omnem actionem et doctrinã intelligimus: que idolis cõsecrare nõ debem⁹: quia radix omnium malorum cupiditas que est idolorũ seruitus: Sed nec ea docere debemus que ad idolatriam pertinent. Sic enim ad mulierem menstruatã nõ ingredimur nec in errore gentilium misceamur.

Deu.18.a

1.Tio.6.b

Eph.5.b

b Nec pollues ꝛc. Nõ solum luxuriando: vel idolis ĩmolando: sed et gentilium philosophiaz in ecclesiam introducendo. Quis enim consensus tẽplo dei cũ idolis?

2.Cor.6.c

c Mulier non ꝛc. Nõ solum viris: sed ꝛ mulieribus lex posita est. Unde: Mulierẽ fortem ꝙs inueniet. Sicut enĩ masculus animam fortẽ et constantem in virtutib⁹ significat: sic mulier dignitatem suã custodientem designat: facta est eĩ in adiutoriũ viri: que talis est nõ debet inmẽtorum coitu maculari.

Prou.31.b

Gen. 2. d

d Ne polluamini ꝛc. Quãta pollutio sit in ꝑdictis pena pollutorum ostendit: Nec incaute ꝑtereundum: qz ea que in uicem sibi coniuncta sũt in vnum colligit: vt ostẽdat: quia qui in vno pollutus fuerit ſ in omnib⁹ offendit.

Jaco.2.b

e Contaminate sunt ꝛc. Demones qui ꝓpter multitudinem dicũtur gentes vniuerse. Qui cũ omni peccato gaudeant: ꝑcipue fornicatiõe ꝛ idolatria: quia in his et corpus et anima maculatur: ꝛ totus homo qui terra dicitur. Sed visitauit deus terram. i. hominum genus.

f Omnis anima que fecerit ꝛc. Qui enim post euangelicam predicationẽ talia cõmittunt: aliã mali medicinam nõ inueniũt: nec in sorte hominũ sed demonũ erũt.

g Custodite mãdata ꝛc. Quasi mea sũt mãdata nõ hoĩs: ad cuius imaginẽ facti est ſ: quã polluere nõ debetis: quia templũ dei estis: et spiritus dei habi. in vobis.

1.Cor.3.c

¶ Sancti

§ in tantũ vt polluaris.

a nis cõmixtõe maculaberſ. † De semine tuo nõ dabis vt consecreť a † ¶ a ſ Lxx. principi. b ſ hoc ad singula referatur supradicta.

b idolo mõloch: nec pollues nomẽ b ſ cuius gloria singularis incõmutabilis.

dei tui: Ego dñs. Cum masculo c ſ qz contra naturã. ſ qz viriliter agentẽ ꝛ forem nõ debes effeminare.

nõ cõmisceberſ coitu femineo qz a ſ Symmachus ineffabile. b ſ cũ actionibus scz bestialiũ vt nephãdis voluptatib⁹ polluarſ.

abominatio ẽ. Cũz oi pecore nõ c coibiſ: nec maculaberſ cũ eo † A mulier nõ succũbet iumẽto: nec miscebiť ei: qz scelus ẽ. Nec pollua/ b ſ predictis.

e mini in oibus his quibus cõtaminate sũt gẽtes vniuerse quas ego eiciã ante cõspectũ vestrũ: ꝛ quibus polluta ẽ terra: cuius ego a ſ pollutionẽ. b ſ visitauit nos. o. ex al. c ſ scabiones etiã cõtra eos ꝓducẽdo. d ſ demones ꝙ dixerũt: Si eiĩcis nos mitte nos ĩ gregẽ porcorũ.

scẽlera visitãbo vt euomat habitatores suos. Custodite legitia f mea atqz iudicia: vt nõ faciatſ ex g oibus istis abominationib⁹. tam a ſ ꝙ in lege nutrit⁹ ꝛ ab infantia doct⁹. b ſ qui deforis vobis adiectus nõ intus nutrit⁹.

indigẽa ꝙz colon⁹ qui peregrinať apud vos. Oẽs ei execratio a ſ demones ꝙ antiquiores sunt conditione.

nes istas fecerũt accole terre qui a ſ humanã. ſ. terrã. ade suggerẽtes inobedientiã et quotidie mala suggerũt.

fuerũt ante vos ꝛ polluerũt eaz. a ſ qz a dño visitati estis. b ſ itelligibilis terra vñ discedite a me male. i ig. erer. qđ pa. est. d. ꝛc. Et itẽ: Discedite a me oẽs ꝙ opamini iniqta. ꝛc.

Cauete ĝ ne ꝛ vos similiter euo/ b ſ Similia.

mat cũ paria feceritis: sicut euo/

f muit gentẽ ꝙ fuit ante vos. Oĩs i aia ꝙ fecerit de abominationib⁹ ſ nunc et prorsus in futuro.

his qppiaz: pibit de medio ppli k

g sui. Custodite mãdata mea. Ne/ ſ quorum pena debetis terreri.

lite facere ꝙ fecerũt hi ꝙ fuerunt ante vos: ꝛ ne polluamini i eis: ſ hoc tertio dicit. in duobus enĩ testib⁹ vel tribus stat omne verbum.

Ego dñs deus vester.

a De semine tuo ꝛc. hoc exponiť dupliciter. Uno mõ accipiẽdo semen ꝓ spermate: qz sicut aliq̃ sacrificabãt idolis de sanguine suo. vt ptz. iij. Reg. xviij. de sacerdotib⁹ baal ꝙ incidebãt se cultris ꝛ lanceolis donec ꝓ fũderent sãguine: ita etiã aliqui idolatre faciebãt sacrificiũ de suo semine: qz est sanguis magis digestus. Alio mõ exponiť accipiẽdo semen ꝓ puero nato ex semine: qz aliq̃ idolatre sacrificabant de pueris suis idolo ꝑdicto. Erat enĩ vt dicũt hebrei idolum cupreũ ad formã bouis factũ interi⁹ cõcauũ: ꝛ illa cõcauitate fiebat ignis quousqz idolũ eẽt ꝙsi igni tũ: ꝛ tũc ponebať puer iter man⁹ idoli ꝛ sacerdos tympana ꝓcutiẽs tñi sonitũ faciebat: ꝙ vox pueri morientis audiri nõ poterat: ne parẽtes cõpaterenť sed magis crederent aiam acceptã a dijs in quiete ꝛ sine dolore. b Nec pollues nomẽ dei tui. attributo ꝑdo ipm idolis. c Cũ masculo nõ cõmisceberſ. qz talis coit⁹ est ꝑ naturã: ꝛ vocať sodomiticũ vitiũ a sodoma ciuitate: q̃ ꝓpter b scel⁹ subuersa legitur Gen. xix. Sikr alij duo casus sequẽtes sũt ꝓtra naturã ꝛ magˢ ꝙz iste: qz i eis cõmixtio ẽ ad aĩal alteri⁹ speciei. ꝛ ptz lra. d Nec pollnamini. Hic cõcludiť cõminatio respectu trãsgressoꝝ: ꝛ ponit exemplũ de chananeis ꝓpter vitia ꝑdicta a terra sua delendis. cũ dr: e Quas ego eiĩciã ꝛc. ꝛ ex b cõcludiť ꝓpositũ cũ dr: f Custodite legiti. mea. i. ꝑcepta ordinãtia ad deũ. g Atqz iudicia. i. ꝑcepta ordinãtia ad ꝓximũ. h Me ꝛ vos sikr euomat. i. ignominiose ꝛ turpiter eiĩciat tã ꝙz abominabiles deo ꝛ hoib⁹. i Qis aĩa. i. ois homo.

D

† Ezech.20.c

k Peribit ỏ me. po. sui. ꝓ iudiciũ hũanũ si fuerit cõuict⁹. vel ꝓ iudiciũ diuinũ si euaserit hũanũ. Circa capl̃m istud põt poni breuis moralitas. ꝓ revelationẽ ei turpitudinis intelligiť indebita detectio criminis q̃ fit. xij. modis ſm qꝝ. xij. vicib⁹ hic dicta revelatio replicať. in primo gradu ẽ detractor q̃ dicit aliq̃d: vt min⁹ de alio habeať. i. scỏ est maliuolus q̃ tacẽdo innuit vt peius suspiceť. in tertio reprehensor q̃ nimis exaggerat: vt graui⁹ credať. i q̃rto susurro q̃ in aure loquiť: q̃si ex charitate moneatur. in quinto bilinguis q̃ aliter de ꝑsente: aliter ỏ absẽte loq̃ť: ꝛ vnũ vni ꝛ alterũ alteri. i sexto adulator q̃ pũtẽ etiã de malo cõmẽdat: vt ei ꝑ alijs placeat. in septimo emulator q̃ iuxta malũ alteri⁹ bona ꝓpria fingit et demõstrat: vt fama alteri⁹ vilescat. in octauo murmurator q̃ malũ seminat: vt oĩb⁹ clareat. in nono maledicus q̃ꝰba mala recitat: vt turbatio exciteť. in decimo simulator q̃ mala alioꝝ exaggerat: vt ipse iustus puteť. i vndecimo diffamator q̃ ex relatiõe maloꝝ apparẽtiũ verba bona obnubilat: vt innocẽs cõdeneť. in xij. mẽdosus qui ỏ alijs falsa refert sciẽter: vt in b delecteť. Signũ eĩ habit⁹ generati est delectatio i ope. ij. Ethicoꝝ.

Moraliter. In b ca. po Ca. XVIII nũť ꝓhibitiões de revelationib⁹ turpitudinũ ꝑ quas intelliguntť morališ revelationes indebito mõ facte ꝑtoꝝ occultoꝝ. et ꝑsone b notate ad ꝑsonas diuersoꝝ statuũ possũt applicari. Per patrẽ enĩ oĩs supior vel senior põt intelligi. ſm illud: Est pater etate pr̃ ille vocať honore. Per matrẽ ꝛ amitã ꝛ nouercã oĩs mulier senior vel bñfica sicut mať. Per fratrẽ carnalẽ seu legalẽ põt ĩtelligi oĩs coeu⁹ ꝛ maxie catholic⁹. Per sororẽ vero carnalẽ vel legalem oĩs mulier coeua: maxime christiana. Per filiũ oĩs hõ iunior ꝛ discipulus. Per filiã intelligiť nurus ꝛ neptˢ quocũqz mõ ꝛ oĩs mulier iunioꝝ ꝛ discipula. Revelare igiť ꝑtm occultum cuiuslibet ꝑsonaꝝ dictaꝝ indebite morališ est ei⁹ turpitudinẽ revelare: ꝛ ꝓ ꝑtã occulta istarũ ꝑsonaꝝ ĩtelligũť ꝑtã occulta oĩm aliarũ ꝑsonarũ: nisi ſm formã charitatˢ scz ei q̃ ꝑest et põt ꝓdesse ꝛ ꝑsonaꝝ ꝛ statuũ periculis ꝑcauere.

r † Ad mulierẽ q̃ patiť mẽ. ꝛc. ꝓ hãc mulierẽ intelligiť sensualitas ſm Augˢ. ꝛ rõ ỏr vir ei⁹ ſm eum. mulier igiť ỏr mẽstruata q̃n sensualitas est vitijs corrupta: ad quã vir accedit q̃n rõ i malo sibi assentit: ꝛ ex tali assensu sequiť part⁹ ꝑti malus: sic ex accessu ad mulierẽ mẽstruatã de cõmuni cursu sequiť part⁹ mõstruosus.

a † De semine tuo nõ dabis vt cõsecreť idolo moloch. sicut dictũ est supra semen est verbum dei. igitur semẽ idolo moloch cõsecrať quãdo ad exercẽda sortilegia nequiter applicať: sicut venenum latẽs sub melle ꝓpinatur.

† Mulier nō succūbet iumēto. Moraliter mulier succūbit iumento qñ discipulus mollis ⁊ effeminat⁹ doctori pestifero se subiicit: ⁊ p talē doctrinā discipul⁹ iumētis insipiētibus comparat et similis illis efficit.

In ca. xviij. vbi dr in postil. Que faciēs hō viuet in eis.

Additio. j. Cū dr. Que faciēs hō viuet i eis: non videt itelligēdū d vita nature. Mā lz verū sit q in statu vete. le. psperitas ⁊ aduersitas filiox isrl cōit seqbat ex obedientia vel inobedientia eox respectu mādatox dei: n tñ erat i vniuersali respectu toti⁹ ppli: nō aūt respectu cuiuslibet psone singularis. Multi ei iusti etiā i illo tpe affligebā tur ⁊ psecutiōes patiebāt: vt ptz de Josia rege. ⁊ Hieremia et alijs. Ñ qz n loqt singlariē dicēs: Que faciēs hō viuet i ea: itelligēdū ē de vita gre vel glie: put i postilla seqt. Hō aūt de vita nature: iuxta illud Eccs. ix. Uniuersa eq̄ eueniant iusto ⁊ impio ⁊c. In eo. ca. xviij. vbi dr in postilla: Qis aīa. i. omnis hō: Peribit de medio ppli sui: p iudiciū humanū.

Additio. ij. Hō est itelligēdū q vbicūq dr i lege Peribit d medio ppli sui: q talis transgressor p iudiciū hūanū interficiat si fuerit cōuict⁹: eēt ei valde durū dicere q p comestionē modice adipis vel sāguinis: aut p iuētionē modici fermēti i alicui⁹ domo i paschate cōdēnaret hō snīa capitali. vñ fm Hebreos nūerant i lege mosaica. xxxvj. casus i qb⁹ dr: Peribit vel iteribit de ppło suo: q̄rū alīq sūt i qb⁹ iudicio hūano cōuicti erāt rei mortis corporalis: alij vo nō sic: ꝑ semp relinquebant iudicio diuino. Qui aūt sunt isti casus vel illi: esset lōgū enarrare et supfluū: cuius tamen ista q̄ p maiorī parte iudicialia sunt cessent.

Glo. ordi.

A Sancti estote ⁊c. Origc. Ca. XIX Quid significet hoc nomē qd ē sctm reqrē dū ē? Sācta dicūt vasa ministerij: ⁊ sctā vestimēta: loca q̄s in vrbib⁹ vel suburbib⁹ sacerdotib⁹ deputata sctā dicūt: ⁊ primogenita boum vel pecorū. Si g intueamur q̄ sensu hec dicunt sācta: aduertem⁹ quō operā dem⁹ vt sācti sim⁹. Mat⁹ ē mihi primogenit⁹ bos: nō lz eū occupare ad cōe opus: qr dño sāctus. Nulli g qd sanctū est seruire debet nisi soli deo: ad vsus cōes cōib⁹ debem⁹ vti. Qui g se deo voluit sepatus a negocijs seculi: ⁊ ab his q̄ carnaliter viuūt: vt ei placeat cui se ꝓbauit: sanct⁹ appellat. Ñ ei vulgo miscet: nō pōt esse sanct⁹. Sācti estote ⁊c. Quasi sepamini etiā a fratre iordinate ābulāte: ⁊ ab oīb⁹ cōcupiscētijs seculi. Sic erit p̄mogeniti vituli. Hō opet p vos pctm̄: nec iugū ponat malicia: deseruite tm̄ sacerdotalib⁹ vsib⁹: qr ego sctus sū: lōge. s. ab oīb⁹ q̄ opant ⁊ colūt siue i celo siue in terra: oēm excedo creaturā quā feci: vos g estote segregati ab his q̄ nō sūt sancti. Grec⁹ q̄s sermo agios extra terrā sonat: vt. s. i celo cōuersationē habeatis.

b Unusq̄sq ⁊c. Sup fundamētū edificat: q̄si estote sācti vt sctus habitet i vobis: ⁊ nature dignitatē impēdite honorādo patrē ⁊ mr̄em. c Sabbata mea ⁊c. Mādata legl volēs recapitulare. i. nō occides: nō furaberl ⁊c. Jnq̄t sabbata mea custodite. Uerū enī sabbatū ē ab oī malo cessare. Ñ moyses: Oīe op⁹ seruile nō facietis in eo. Sabbata mea. Uolēs nos de⁹ de intelligibili requie docere: ⁊ d mūdi cōsūmatione qñ ipossibile ē cibum parare vel opari: nec circa aliq̄d corpale occupari ait p Moysen: Sabbata bodie dño nō inueniet illud i agro ⁊c. Nota qr nō ait sabbatū: ꝑ sabbata: qr itelligibilis requies nō ab vno ꝑ ab oīb⁹ carnalib⁹ q̄eta est et absoluta: iō i ꝑ loco pl⁹ sabbatox nomē i diuina scriptura positū est vt scias: qr sabbatū plena est ⁊ pfecta q̄es.

d Si īmola. ⁊c. Oīa fere legis capla reiterat vt eox memoriā auditorib⁹ ifigat: ꝑ maxime necessaria: sicut ꝑ mādatū qd superi⁹ ꝓposuit cū de sacrificijs ageret. Sacrificiū salutare accepit: i quo q̄ ad salutē ptinēt necesse est opari. vt aūt sit acceptabile oportet īmolari pietatē ⁊ pudicitiā. Hoc ei fm apl̄z bonū ē ⁊ acceptū coram salutatore nr̄o deo: q̄ vult oēs saluos fieri. Comedere aūt i die īmolationis ⁊ altero: est in vita p̄senti q̄cūq ad salutē ptinēt opari: hodie ei ⁊ cras p p̄senti seculo accipiūt. Ñ Jacob⁹: Qui dicitis hodie et crastino ibim⁹ in ciuitatē ⁊c. Dies tertia: qr in ipa dñs a mortuis resurrexit: figurā gerit futuri seculi et resurrectiōis in quo nō licebit opari sed operū suscipere retributionē. Qui ergo hic viuit tanq̄ illic opaturus sit tanq̄ die tertia sacrificiū manducaturus: a legislatore hoc facere ꝓhibet: qr virtutē impfectam relinquit tanq̄ ibi pficere possit. e Cum messueris ⁊c. Ut dilectionē adinuicem habeamus: vt amatores et misericordes in paupes sim⁹: p̄senti capitulo p̄cipit. Debemus enī egentibus dare nec debita violenter exigere: ⁊ reliquias

B bonorum

† 81. di. c. oportet et. c. ꝓposuisti et. c. pluribus.

2 Timo. 2 a

1. Cor. 3. c

2. Tes. 3. b

Exo. 20. f

Exo. 16. f

1. Tim. 2. b

Jaco. 4. b

Nico. de lyra

a † Ocut⁹ est dñs Ca. XIX a† l ad moysen dicēs: Loq̄re ad oēm cętū filiox isrl b

a ꝟ qr estis templū dei. ꝟ recte sanctificationē ꝓponit: qr fundamentū virtutis est.

a ⁊ dices ad eos: †Sancti estote qr c

ꝟ quasi sine sācitate nō poterstis mecū esse.

b ego sctus suz dñs de⁹ vr: Unusquisq̄ patrē suū ⁊ matrem suā ti- d

meat. Sabbata mea custodite: e

a ꝟ. i. condescendere his quos idolorū lex vana et prophana deprimit.

Ego dñs de⁹ vester. Nolite cō- f

a ꝟ quorūlibet aliorū statuas: vel pecunie thesauros: quos quasi deos adorant q congregant: nec inde aliquid minuere p̄sumunt.

uerti ad idola: nec deos conflati g

ꝟ non alio indigeris.

les faciat vobis. Ego dñs deus

a ꝟ vl̄ salutariū. ca. ꝟ. q̄ ad salutē ptinēt ꝓoperādo

d vester. Si īmolauerit hostiā pacī b+

a ꝟ deo acceptabilis. b ꝟ in p̄senti. s. vita.

ficorum dño vt sit placabilis: cō i

die quo fuerit īmolata comedet eā ⁊ die altero. Quicqd autē residuū fuerit i die tertiū igne com

ꝟ vt post hanc vitā putet se q̄ min⁹ fecit pfectus

buret. Siqs post biduuz comederit ex ea: ꝓphan⁹ erit ⁊ impie-

a ꝟ qr ipfecte operatur ⁊ diuie legi calūniat.

tatis reus: portabitq̄ iniq̄tatem

a ꝟ quia vitā egit imperfectā que saluasset si consummasset eam.

suam: qr sctm̄ dñi polluit: ⁊ pibit

a ꝟ saluandorū. b ꝟ ager mundus messura doctrina: messores doctores.

e aīa illa d medio ꝓpli sui. Cūq̄ mes- k+

ꝟ conteres. ꝟ alias tondes.

seuer segetes terre tue: nō tōdebis l

vsq̄ ad solū supficiē terre: nec re- m

a Ocut⁹ est dñs. Ca. XIX l Hic ꝓphr ponit p̄cepta ordinatiua vite ꝓut bō est p̄cipiū opatiōis. Oportet autē quātū ad ꝑ hoiem ordinari respectu affect⁹ rōnalis: mot⁹ vegetabilis: act⁹ sensualis: ⁊ cōuict⁹ ciuilis. Et fm ꝑ istud ca. diuidit i q̄tuor ptes. scda ibi: Jumenta tua. tertio. ibi: Hō augurabimini. q̄rta ibi: Coram cano capite cōsurge. Circa primū sciēdū q affect⁹ rōnalis bñ ordinat erga superiores p reuerētiā: erga pauperes p miserī cordiā: erga oēs p innocentiā. Et fm hoc pria ps p̄cipalis huius ca. diuidit i tres. scda incipit ibi: Cū messueris. tertia. ibi: Hō facietis furtū. Circa primū dr p modum ꝓambuli. b Loq̄re ad oēm cet. ⁊c. qr magna ps legis ad quā oēs obligant: i ꝑ ca. replicat.

c Sācti estote. ꝑ cōcludit ex dictis i ca. p̄ce. vt turpitudines ⁊ immūdicie sint excluse: īmūdicie aūt exclusio est sctitatis seu mūdicie conclusio. Consequenter inducit hō ad parētū reuerētiā. cū dicit:

d Unusq̄sq pa. suū ⁊c. offensam eox p̄cauēdo: ⁊ qr ex sensibilibus manuducimur ad insensibilia. iō ꝓphr inducit hō ad reuerētiā dei q̄ ē pat spūalis. cū dr: e Sabbata mea cu. Qualiter sit aūt intelligēda observatio sabbati: dictum fuit diffusi⁹ Exo. xx. ⁊ qr maxia irreuerētia fit deo qñ ei⁹ cult⁹ idolis tribuit. iō subdit: f Nolite cōuerti ad idola. eis quācūq reuerētiā exhibēdo. g Nec deos cōfla. p ꝑ excludunt idola q̄ fiūt p sculpturā: seu p quēcūq alium modū. Sz scptura loqt i casu frequēti⁹ accidēte: qr vt frequētius fiebāt de auro vel argēto vl̄ alijs metallis. Et qr sacrificia illi⁹ tpis nō erāt accepta fm se: sz in q̄ntū sibant ex obedientia ad deū. vt. s. dictū est. ideo subdit: h Si īmolaueritis hostiā pacificox dño vt sit placabilis. i. si vultis q̄ sit deo placita facietis qō subdit: i Eo die quo fuerit īmolata comedetis ⁊c. qr sic p̄ceptuz est de hostia pacifica. s. vij. ca. Sz qr ibi nō determinauit penā trāsgressiōis. iō hic repetit vt dicta pena exprimat. cū dr: Et pibit aīa illi⁹ ⁊c. k Cūq̄ messueris. Hic ꝓphr ponit ordinatio rōnalis erga pauperes p misericordiā. cū dr:

l Hō tōdebis vsq̄ ⁊c. Aliq̄ expositores dicūt q vera lra est: tōdes. i. cōteres. ⁊ dr a tōdo. is. sz ꝑ nō videtur verū: qr hic nō loquit scriptura de tritura segetū: sed de collectione eox ⁊ ideo vera lra ē: Hō tōdebis. i. nō secabis. m Usq̄ ad solū. qr sicut dicunt aliqui debebat dimitti stipula pauprib⁹ colligēda. Sed

bic nō

Ministerio de Cultura 2024

bonoꝝ nostrozū cōcedere imitādo deū datorē oīm. Propterea metētes vel vindemiantes vult aliq̄d derelinquere pauperi ⁊ pselyto: ne datori oīm videaꝝ ingratꝰ: q̄ alīs diuitias dedit: alios de alioꝝ reliquīs viuere voluit: vt sic ꝓparet diſpēſationē diuitū: ⁊ patientiā pauperū. Pauperes eī ⁊ pselytos nō abijcit q̄ꝫ
2.Coꝝ.8.b etiā sic victū ꝓuidit. Ūñ subdit: Ego dñs deꝰ vester. ſ. q̄ diuites facio: q̄ ꝓ vobis
Allego. exurgā. Allego. Cū messueris ⁊c. Apte ostēdit qz doctores iudeoꝝ totiꝰ legis iterꝓtationē nō capiūt: ſz q̄dazꝫ
Dar.5.a pauꝑi ⁊ pselyto derelinquūt gētibꝰ. ſ. q̄bꝰ dr: Beati pauperes. ſ. ⁊c. Qui ⁊ pselyti sūt: qz cognatiōi abrae se ingeꝝ
Exo.20.b rūt. Ꝺō ꝗ dr: Nō occides: nō mechaberꝭ: metāt iudeoꝝ doctores. Que aūt spūalē habēt iterꝓtationē: sicut emūdationes: sacrificia: ⁊ silia cōcedāt eccīe doctoribꝰ ⁊ q̄ illis metētibꝰ decidūt. i. q̄ ipi nō intelligūt.
Esaie.5.b a Neq̄ ī vinea tua ⁊c. Vinea dñi sabaoth domus israel est: q̄ debuit facere vuas ⁊ fecit spinas: quondam tñ pauꝯ racemos habuit. i. sanctos diuersi tpis: q̄s iudei colligere ⁊ in diuitīs suis thesauriçare nō possunt: qz nō imitanꝫ vitam eoꝝ: sed pauperi ⁊ pselyto derelinquūt. Nobiscū enī sūt quotquot iusti apud eos fuerūt. Unde memozie eoꝝ a nobis ⁊ nō ab illis annis singulis celebrantꝫ vt experimento diuinū eloquiū comprobeꝫ.
b Non facies furtū. Augꝰ. Hoc in decalogo positū est qꝺ dicit: Nō mētiemini: nec calūniā facietis. Jn ꝺ ꝓcepto videꝫ cōtineri: Neq̄ falsū testimoniū dices. qz calūnia sine mendacio fieri non pōt: qꝺ falso testimonio cōcludiꝫ. Sz queriꝫ vtrū aliq̄ cōpēsatione faciēda sint (sicut pene videꝫ oībus) q̄ mētiēdū sit ꝓ salute vbi nemo ledit? an silr ꝗ furādū: etiā qñ ei cui fit cōsuliꝫ. Velut si q̄s volenti se occidere fureꝫ gladiū. Sicut calūnia ad maiꝰ gaudiuꝫ
Gen.44.a futuꝝ fiebat q̄ꝫ ioseph fratribꝰ de cypho inferebat: q̄bus etiā explorationis falsū crimē intēderat. Fortasse enī furtū nō ē nisi qñ alieno occulte ablato ꝓrimꝰ ledit: ⁊ calūniā: qñ falsi criminis obiectione ꝓrimꝰ ledit. Mēdaciuꝫ aūt nō possumꝰ dicere tūc tñ esse. Cū eī a sciēte dr: mēdaciū est: siue q̄s siue nemo ledaꝫ. Absolute aūt dr: nō mentiemini: sicut illud: Nō facies tibi idolū: nō mechaberꝭ: nō furaberꝭ. Jdolatria aūt aut mechia ⁊ furtū sicut ē diffinitū: iustū esse nō pōt. Et nō occides: qz cū hō iuste occidiꝫ: lex occidit: nō tu. Nūq̄d silr pōt dici: cū hō iuste mentiꝫ: lex mētiꝫ? Mētite sūt obstetrices: ⁊ bona deꝰ illis retribuit. Mētita raab ⁊ liberata. An ex q̄ dictū ē in lege: nō mētiemini: ex illo nō licuit in tali casu vel cā mentiri? ꝑ
Ibidē.6.c magis quia iniustum erat mēdaciū ideo ꝓhibitum: non quia ꝓhibitum ideo iniustū. Forsitan ergo sicut obstetrices nō remunerate sūt: qz mētite sunt: sed qz infantes liberauerūt. ⁊ ꝓter hāc miscōiam veniale fuit pctm̄ nō tñ nullū. Sic raab liberata ꝓter liberationē exploratoꝝ: ꝓ q̄ fuit veniale pctm̄. Sz ne putet q̄sq̄ in ī ceterꝭ pctis si ꝓter liberationē hoīm fiāt uta posse cōcedi veniā: multa ei mala ītolerabilia ⁊ detestāda talē sequūꝫ erroꝛē. c Nō mētiemini. Cognationē peccatoꝝ ostēdit. Multa putamꝰ parua q̄ sūt maria: vt mēdaciū: piuriū: q̄ furto sūt cōiūcta: ⁊ recte: qz hec furto coopanꝫ. d Nō piu. ⁊c. Lxx. Nō leuabitis nomē meū ī iniustū iusiurādū. i iusto ē: nō solū q̄ ꝑuaricaꝫ: ꝑ etiā qꝺ iuste custodiꝫ: sīc
Mat.14.a iuramētū herodis ad filiā herodiadis. talia iuramēta nō debēt fieri: vel si fiāt custodiri. e Nec pollues ⁊c. Malefaciēdo: qz iusiurādū trāsgredi nō potes. Deꝰ ei ꝓ quē iuras intm̄ vult bona: vt si mala mineꝫ: nō tñ inferat si penitentes videat
Joheꝫ.2.c vt pietatē impēdat. Ūñ addit: Ego dñs: pius. ſ. misericoꝛs pstabilis sup malicia. f Nō facies calūniā. Augꝰ. Hia q̄ ꝓhibenꝫ cōmitti ī ꝓrimū: ad ꝑ vnū referēda sūt qꝺ dictū est. Nō nocebis ꝓrimo. Nā qꝺ sequiꝫ: Nō rapies: nisi ad hoc referatur ne rapiendo noceaꝫ: euenit vt nō rapiendo q̄s noceat: nā gladiꝰ insanienti rapiendus est. g Nec vi oppri. ⁊c. Paulatim auditoꝛē erudit: ⁊ q̄ videnꝫ parua magis cōiūgit: vt q̄ diffinita maloꝝ pena terrenꝫ: abstineāt a minoꝛibꝰ: Que enī
Jaco.2.b sociantur in mādato ⁊ in pena. Qui ei in vno offenderit: oīm reꝰ erit. Jdeo vim calūnie cōiūgit. Nec differt quō q̄s res suas pdat: vel fraude vel potētia: vel q̄libet alio mō. h Nō morabiꝫ opus ⁊c. Merces. ſ. qua. forsitan venit cū vxoꝛe et filijs ⁊ parētibꝰ. Si differꝫ deficit victꝰ etiā si in crastino recipiat vim ⁊ calūniā ꝓtulit: qz iterū vñ vineret nō habuit. i Opus mercē. ⁊c. Merces ꝓdicatoꝛis ex verbo est ꝓdicationis qꝺ nō debet apud nos morari. i. ociosum esse vsq̄ mane: in futurū. ſ. seculū q̄ huic nocti succedit in quo est lux inextinguibilis. Ex ꝓuentu ei discipuli crescit merces magistri. k Nō maledices sur. ⁊c. Surdo maledicere est absenti et nō audienti derogare. Coꝝā ceco offendiculū ponere est discretā q̄dem rem agere: sed ei qui lumē discretionis nō habet scandali occasionē ꝓbere.
l Non facies qꝺ ini. ⁊c. Sūmam ⁊ ꝓfectam iusticiā lex maxime in ꝓsentibus cōstituit: recto itinere ꝓcedens: ꝓius ꝓuidens pauperibus: deinde potētes ⁊ ꝓncipes erudiens. Ostendit enim nō debere pſonā accipi: nec furtū vel calūniam facere nec ꝓiurare: que et si diuitibus et potentibus aliquādo contingunt: ꝓria tamen pauperū peccata sunt: qui ad hec paupertate videnꝫ compelli: Unde salo-
Pro.30.a mon: Aut egestate cōpulsus furer et periurē nomē dei mei. Ui autem opprimere ⁊ mercedem ꝓiurare et surdum ac cecum irridere: diuitū et potentum sunt.

a manētes spicas colliges: neq̄ in
ſ iustos sanctos. ſ que nō in
vinea tua racemos ⁊ grana deci
telliguntur. ſ gentilibus.
dētia cōgregabis: ſz paupib⁹ et
ſ diligenter tractanda.
pegrinis carpēda dimittes: Ego
a ſ pro vobis paup et peregrinꝰ in mūdo. ſ qz omnia dedi desidero aliqd mihi dari. b ſ in quo proximus leditur.
b dōminꝰ deꝰ vester. Nō facietꝭ fur a
ſ aliquo modo.
c tū: non mentiemini: nec decipiet b c
d vnusquisq̄ ꝓximū suū. † Nō piu d
e rabis ī noie meo: nec pollues no e
a ſ gloriā eiꝰ in te trāsferendo.
f mē dei tui: Ego dñs. Nō facies f
g calūniā ꝓximo tuo: nec vi oppri- g
ſ merces operis quā meruit.
b mes eū. † Nō morabiꝫ opꝰ mercē h
k narij tui apud te vsq̄ mane. Nō i+
a ſ inobediēti: vnde Esaias: Surdi audite et ceci venite ad videndū: hi nō sunt maledicendi ſz docendi et corrigendi. b ſ ignorante.
maledices surdō: nec coꝝā cęcō po k+
a ſ prauo dicendo vel agendo.
nes offendiculū: ſz timebis dñm l
ſ qui ista prohibet.
l deū tuum: qz ego sum dñs. Non m
facies qꝺ iniquum est: nec iniu- n

hic nō est intellectꝰ scripture: sed magis dc spicis ꝓpe terrā nō seminatā existenti bꝰ. vñ ī hebreo hr̄: Non finies vel cōplebis angulū terre tue ad metēdū: qz ī colligēdo messem suā nō debebat aliq̄s ꝓcedere vsq̄ ad extremitates cāpi sui: vbi messis partim cōculcaꝫ a trāseūtibꝰ: partim a bestijs corrodiꝫ: ꝓpter qꝺ illud q̄ remanet ſi ē magni valoris. ⁊ iō lex p̄ cepit illud dimitti pauꝑibꝰ siē ⁊ spicas fugiētes manꝰ metētiū: ⁊ alia q̄ subdūꝫ. ⁊ ptz litera. a Nō facietꝭ fur. Hic ꝓpr ordinaꝫ affectꝰ rōnalis ad oēs ꝓ inocētiā. rō enī naturaꝭ dictat nulli esse nocēdū: ⁊ iō ꝓmo ꝓhibet nocumentū facto ⁊ occulte. cū dr: Non facietis fur. Qualiter aūt istud sit ī telligēdū dictū fuit pleniꝰ Exo.xx. scdo ꝓhibet nocumētū ꝟbo. cū dr: b Nō mētiemi. Licet ei oē mēdaciū sit fugiēdū generaliter tñ hic ꝓhibeꝫ mēdaciū pnitiosū spāliter. iō seqꝫ: c Nec decipiet ⁊c. Cōseqūter ꝓhibeꝫ nocumētū ꝟbo iuramēto firmato. cū dr: d Nō piurab ī noie meo. ⁊ qz ꝓ tale iuramētū nō solū fit iniuria ꝓximo q̄ ledit: ſz etiā ipsi deo q̄ ī testē falsitatis adducit iō subdit: e Nec polluno. dei tui. Cuiꝰ rō subiūgit: Ego dñs. ⁊ ideo mihi bonoꝛ et reuerētia debeꝫ. Cōsequēter ꝓhibeꝫ nocumētū facto apto. cū dr: f Nō facies calūniā. Calūnia enīz est extoꝛsio rei aliene cū quadā appenti rōne sed nō vera. g Nec vi oppримes eū. motu volūtat⁊ inique absq̄ rōnis allegatione. h Nō morabiꝫ opꝰ mercēnarij tui. i. merces opis sui: qz tales cōiter sūt pauꝑes de quotidiano laboꝛe viuentes: ⁊ iō nō possūt expectare solutionem absq̄ suo detrimēto. i Non maledices surdo. Hic accipiꝫ surdus nō solū priuatus sensu auditꝰ: ꝑ etiā nō audiēs: sicut ē absens. k Nec coꝝā ceco pones offendiculū. Silr hic accipiꝫ cecus nō solū priuatus visu sed etiā nō videns vel nō aduertēs offendiculū. Dicit etiā Ra. Sa. h q̄ cecus hic ītelligiꝫ ignoꝛās vel simplex de quo ꝓhibeꝫ dari sibi sciēter ꝓsiliū malū ī aliq̄ negocio. iō subdit: l Sed timebis dñm deū tuū. q. d. ſz nō debeas tales ꝓsonas timere: tñ debes cauere a nocumētis eoꝝ timoꝛe dei q̄ videt ⁊ vindicabit. cōsequēter oꝛdinaꝫ rōnalis affectꝰ ꝗtum ad iudices. cū dicit:
m Nō facies quod iniquū est. pena indebitā alicui imponēdo. n Nec iniuste iudicabis. motus fauoꝛe vel odio sententiā iniustā ꝓnunciando.

† Deu.24.c. Tob.4.c

† Dar.5.c

a Non eris criminator. Eſtich. Lxx. Non ambulabis in dolo in gente tua. Dauid quoq; iungit dolo
Ps. 5. homicidium: vnde Virū ſanguinū ⁊ doloſū abo. do. Dolus enī eſt occultus gladius: vt velociter dolum fugiamus q̄ tanto crimine eſt cōiunctus b Nō ſtabis ⁊c. Quaſi non te coniunges his qui primis inſidiantur: ſicut multi alijs ſociari faciunt qō p ſe nō poſſunt.

c Nō queras vl. id eſt ne vlciſcendi libidine rapiaris dux arguis vt letari vel conſolari velis de alieno malo: ſed potius cōſulere illi quē arguis. Unde ſcōm. Lxx. ſequit: Nō traſceris filijs populi tui. Sic enim recte ira diffinita eſt que ſit vlciſcendi libido.

d Jumenta tua ⁊c. Hec ad lr̄am videnť eſſe ridicula: nec a pphetis et ſpiritualibus viris ſunt obſeruata. Unde da-
3. Re. 1. c uid dicit: Ponite filiū meum ſalomonem in mulam meam. Oportebit aūt ſm litteraz ea que ex tali cōmixtione naſce-
Pro. 31. b bāť abominari. Mulier quoq; fortis inuenit lanam ⁊ linū ⁊ operata ē vtile manibus ſuis. e Homo ſi dormi. Cum prohiberet iumēta miſceri cū iumētis alterius generis. eos ſcz qui ſunt ſub iugo chriſti ſuſcipere iugū legis: oportune hoc ſubdidit oſtendens: qz et
† 25. q. 4. cū in lege. ante aduentū chriſti quicūq; exterius miſcebať iudeis: indigebat ſacrificio veri arietis.

Homo ſi dor. ⁊c. Nota q̄ta differēcia libertatis ⁊ ſeruitutis. In libera eī deſpōſata: mors adulterij pena ē. In ancilla autez nobili. et ſm Lxx. Cuſtodita homini. i. deſpōſata ſacrificiū iubeť offerri: non morte inferri. Spiritualiter tū hec intelligenda ſunt.

f Nobilis. Lxx. Cuſtodita homini. i. ſynagoga cuſtodita legi q̄ chriſto non poterat deſpondi prius q̄z mozereť littera
Rom. 7. a legis. Unde mortui eſtis legi per corpus chriſti: vt ſitis alterius. ancilla eſt ſynagoga:
Gal. 4. c ſm illud: Abraā duos filios habuit: vnum de ancilla et vnū de libera. g Lapulabūt ambo. Lxx. Viſitatio erit cis. i. liberabūť a ſeruitute legis ſm q̄ filijs iſrl̄ de egypto
Exo. 3. c liberādis dicit: Viſitās viſitaui vos. h Et nō morientur ⁊c. Quānis ſm litteram ageret: nō ſm ſpiritū quia legiſlatoris intentionē ignorabant: facilius aſſequebanť veniam. i Quando ingreſſi. ⁊c. Permanet in poſito oſtēdens fructū bonū ante xpi aduentum nō habuiſſe iudeos: cuz dicit fructū non eſſe edendum in triennio nec mundum: ſed quarto anno mundandū: nec dicit quid ſit mundatio. Spiritualiter aūt intelligendū eſt qō dicit: Quando ingreſſi fueritis ⁊c. Terrā vocat diuinā ſcripturā quā primo iudei ſuſceperunt. Unde plantare ligna pomifera p̄cepta ſunt. Lignoū autē plantatio: meditatio legis eſt
1. Cor. 3. b et p̄dicatio: ſm q̄ dicit: Ego plantaui: appollo rigauit ⁊c. bona quidē mandata erant tanq̄z ligna pomifera: ſed

a Nec cōſideres pſonā pauperis. nō pbibeť condeſcenſio ad pauperes i bis q̄ poſſunt fieri abſq; leſione iuſticie: ſed in his tm̄ p que iuſticia lederet. b Nec honores vultū potētis. lz enī potētes rone ſui ſtatus ſint p̄ alijs minoribus honorādi in cōibus: nō tm̄ i bis p q̄ iuſticia lederet. c Nō eris criminator. detegēs crimē primi tui manifeſte. d Nec ſuſurro. faciēs hoc occulte. e Nō ſtabis pxta ſanguinē primi tui. iūgēs te illis q̄ machinanť in morte innocentis.

f Nō oderis fratrē ⁊c. ex rancore ⁊ odio diſſimulās peccatū ſuum donec poſſis deſtruere eū. g Sed pn. ar. eū. i. voce expſſa: ſm illud Matth. xviij. Si peccauerit in te frater tu⁹ vade ⁊ corripe eū ⁊c. Si aūt p hoc qō ꝺr publice: i telligať correptio facta i publico ſeu iudicio: tūc eſt intelligendū ꝺ peccatis q̄ poſſunt pbari: ⁊ tūc talis correptio ptinet ad iudicem exequendo: ad accuſantē et teſtes denūciando et teſtificando. b Ne habeas ſup illo pctm̄. Si enī correctionē fratris ſui aliqs omitteret vt in peius rueret: faceret pxta charitatē.

† Deu. 1. c
Roſm. 2. b
Eph. 10. c
Act. 6. b
Jaco. 2. b

† Ecci. 19. b
Mat. 18. c
Luc. 17. a

i Nō queras vltionē linore vindicte: poteſt tm̄ queri amore iuſticie. k Nec memor eris iniurie ciuiū tuor. ſ. ad vindicandū liuore vindicte: pōt tm̄ haberi memoria ad vindictā amore iuſticie. l Diliges amicū tuū ſicut teipſum. li ſicut nō importat equalitatē ſed imitationis ſiſtitudinē: qz amicabilia ad alterū veniūt ex amicabilib⁹ ad ſeipm. vt habeť Ethicōrū. ix. m Jumenta tua. Hic pfir ordinatur hō q̄tū ad motū vegetabil. ſm aūt pbm ij. de aīa. duo ſunt opa aīe vegetatiue. ſ. generare ⁊ alimento vti. Uſus vero alimenti duo reſpicit. ſ. nutritionē ⁊ augmētū. primo igitur ordinať hō reſpectu generationis. ſcdo reſpectu augmēti. ibi: Quādo ingreſſi fueritis. tertio reſpectu nutritionis. ibi: Ego dns. Circa primū ordinať hō in generatione alioz ab homine inq̄tū alia p hominē ad generādū applicanť: ⁊ q̄tū ad hoc dicit. Jumenta tua ⁊c. qz ex aſpectu taliū poſſent boues aliq̄ induci ad beſtialitatis vitiū qō eſt coitus cū beſtijs: ꝓpter qō talia pbibenť. Dicit aūt Joſephus q̄ veſtis ex duobus cōtexta alijs niſi ſūmo ſacerdoti pbibebať: qz in veſtibus ſummi ſacerdotis erāt tales varietates: ⁊ iō nō erāt licite alijs. Scōo ordinať hō reſpectu generatiōis in ſpecie hūana p hoc q̄ excludit illicitus coit⁹ cū deo: n Homo ſi dormierit cū muliere coitu ſeminis q̄ ſit ancilla etiā nobilis. ſ. genere: vēdita tm̄ in ancillā. In hebreo habeť: Que ſit ancilla et parata viro: vbi dicit Ra. Sa. q̄ ſcriptura loquit de ancilla chananea affidata ſeruo hebreo quoꝝ matrimoniū erat inchoatū ſed nō pfectū: ⁊ tūc fornicať cū iudeo libero: qz licet hebrei liberi nō poſſint cōtrahere cū chananea: ſerui tm̄ poterāt de voluntate dn̄i. vt dicit: o Lapulabūt ambo. In hebreo habetur. Lapulabit ipſa. i. verberabit ipſa. cuius cā ſubdit: p Quia nō fuit libera. ⁊ iō non habebat vñ offerret p pctō ſuo: qz ſeru⁹ ⁊ ancilla quicquid habent eſt dn̄i ſui: ⁊ dato q̄ haberet tm̄ offerre nō poterat in tēplo cū eſſet aliena: nec erat adhuc deſponſata iudeo: ſed de viro coeunte cū illa q̄ iude⁹ ⁊ liber erat ⁊ offerre de ſuo poterat ſubdit: q Pro delicto aūt ſuo offeret ⁊c. ⁊ q̄ intelligať de ſolo viro: ptz p hoc qō ſubditur: r Orabitq; p eo ſacerdos ⁊c. Vel aliter qz nō fuit libera. in hoc reddit cauſa quare ipſa ⁊ vir fornicans cū ea nō incurrunt penā mortis: qz de libera ſimpliciter affidata viro hebreo ſi fornicet: dicit Deut. xxij. q̄ vterq; debet mori. s Quando ingreſſi fueritis. Hic cōſequēter ordinať homo circa augmētationē in vegetabilibus ſiue plantis. cum dicit: Quando ingreſſi fueritis terrā. Ex quo patet q̄

† Deu. 22. b

fera:sed illi quod debeant nō faciebant:tantū sequētes litterā. Fructus ergo.i.operatio legis triennio erat immūda: ab abraam vsq; ad dauid:a dauid vsq; ad trāsmigrationē: inde
Dar.1.8 vsq; ad christū. Sicut matthеus distinxit. Quarto anno fructū legis sanctum cōmendat ⁊ laudabilem: nō tū adhuc esse iudeis cibilem. Fructus enī legis in quarto anno.i.in aduentu christi: sānctus et laudabilis quē sanctussancto rum faciebat:cui⁹ opera laudabilia ⁊
Dar.9.a gloriosa. Unde et in paralytico grabatum portante glorificabant deum qui dedit talem potestatē hominib⁹: sed nōdum edebat iudeus: quia non conuersus. In quinto vero anno.i. p̄dicantibus apostolis fructum eius ederunt quicunq; crediderunt.

Moralit a Et plantaueritis ⁊c. Mor. Greg. Ligna pomifera opera virtutibus fecunda. Preputia auferimus cū de inchoationis infirmitate suspecti primordia operū nostrorum nō approbamus. Poma q̄ germinant nostris esibus nō aptamus:quia cū primordia laudanꝫ boni operis:non debet hoc pascere animū operantis: ne dū laus suauiter capitur:fructus operis intēpestiue comedaꝫ. Qui igitur inchoate virtutis laudez receperit:quasi plātati ligni fructū ante tēpus comedit.
Ps. 126. Unde: Uanū ē vobis ante lucem surgere.s.post q̄ se. Ante lucem surgere est ante claritatē retributionis eterne in p̄sentis vite nocte gaudere.

b Non comedetis ⁊c. Totū iudeorum ⁊ gentilium radit fermentū. Unde nūc p̄hibet a legis seruitute:nunc
Allego. a gentilium erroꝛe. Alle. Non comedere sup montes est supbis cogitationibus nō pasci:ɜ quibus Esaias:
Esa.40.a Omnis mons et collis humiliabiꝫ. Non augurari volucribus nō attendere que rapiunt semen pietatis. Comam in rotundū tondere est cogitationes demonibus cōsecrare. Barbā radere est virtutis perfectionem corrumpere:ficte operando. Carnem nō incidere est delectationes nō suscipere:que et anime nocent ⁊ corpus corrumpunt. Stigmata prana doctrina que anime infigiꝫ et difficulter aboleꝫ. c Non augurabimini ⁊c. Per partē totū significat:oēs hmōi supstitiones condemnās. Qz enī talia curat obseruare deum videꝫ infamare:tanq̄ plus scientie auibus q̄ hominibus cōtulerit. d Neq; in rotūdū ⁊c. Sicut barbari faciunt debet quisq; esse cōtentus naturalib⁹ ornamentis: ne creatorē videaꝫ accusare tanq̄ impotentē opus suuz p̄ficere nec in honoꝛe demonū cicinnos nutrire ⁊ vouere sicut studeꝫ pagani puerorū capita demonibus offerre q̄ maxime hic videꝫ p̄hibere. e Stigmata. Legislatoꝛ etiā curā nostri decoꝛis gerit ne carne abutamur in bis etiā que coꝛpus deturpant. f Filiam tuā. Carna
Ps. 21. lem vel animaz. Unde: Erue a framea de⁹ animā meam: ⁊ de manu canis vnicam meam. Nec recedēdo a deo foꝛnicaꝫ cum demonibus. g Sabbata mea ⁊c. Ab vno sabbato omne legitimum ocium sabbatum appellatur. Sic ab vna generali abstinentia studet legislatoꝛ per singula currere p̄cipiēs nos ab omni malo abstinere. Unde addit: Sanctuarium meum metuite. Sicut enim qui digne accedunt sanctificant:sic qui inique p̄sumunt et
Ex.10.a immundi accedunt q̄tū est in se polluunt: sicut nadab ⁊
1.Coꝛ.11.g abiu: vnde apostolus: Inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles ⁊c. Inde additur: Ego dominus sanctus scz et in sanctis habitans: ⁊ sanctoꝛum iudicans iniuriam.

h Ad magos. Lxx. Uētriculos. i. phitones: vel falsos ꝓphetas qui de ventre coꝛdis sui fabulas quasdā ⁊ fetētes doctrinas ꝓferūt. i Nec ab ario. ⁊c. Lxx. Uenefici qui demonum. s. nomina inuocant ⁊ aliquando coꝛpus curant vt animam interficiant.

a ⁊ plātaueritis in ea ligna pomife a
a ℣ nō approbantes operū primordia. b ℣ opera que incipiunt.
ra:auferētis p̄putia eoꝝ. P̄ō/ b †
ma q̄ germinant imūda erūt vo/ d
℣ in aduentu christi.
bis:nec edetⁱ ex eis. Quarto an/ e
no ois fructus sanctificabiꝫ lau/
℣ predicātib⁹ apostolis.
dabilis dño. Quito aūt anno co f
medetⁱ fructⁱ⁹:cōgregātes poma g
q̄ pferūt. Ego dñs deus vester. h
℣ Lxx. Non comedetis sup mōres: sicut in festis idolorū comedebant gentiles.
b † Non comedetis cum sanguine.
c Nō augurabimini: nec obserua/ i
d bitⁱ somnia. Neq; īrotūdū atton k l+
a ℣ Lxx. ne corrūpas faciē barbe.
debitⁱ comā:nec rādetis barbā.
a ℣ sicut gētiles spem resurrectiōis nō habētes. vñ: Ne cōristemī sicut et ceteri q̄ spez nō habēt.
Et sup mōrtuo nō icideⁱ carnes m †
e vras:neq; figuras aliq̄s:aut sti/ n †
gmata facietis vobis. Ego dñs.
℣ qui debes corrigere.
f Ne ꝓstituaⁱ filiā tuā ne ꝓtamine o
a ℣ .i. habitatoꝛes terre. ℣ coꝛp⁹ q̄ō ē de terra īquo dñaꝫ ois iniquitas foꝛnicāte alia. b ℣ Lxx. foꝛnicatione. c ℣ feriationes ab omni malo.
g tur terrā ⁊ ipleaꝫ piāculo. Sāb/ p
℣ ne indigne interetis.
bata mea custodite: ⁊ sanctuariū
℣ qui in sanctis habito.
meū metuite: Ego dñs. Nō decli q
b i netis ad magos:neq; ab ariolis r

de tempestate futura: ⁊ hoc modo cōiecturare de futuris ꝓceden/tibus ex causa naturali per motū auiū animaliū seu piscium inq̄/tum p̄sentiunt impressionem cause agentis non est supstitiosum sed licitū. Prenosticare autem de futuris ad que nō se extendit cā naturalis. vel si se extendat nō tamē fit p̄nosticatio p signa naturalia modo p̄dicto sed modo supstitioso est illicitū. l Neq; inrotundū ⁊c. Hoc p̄cipiꝫ in detestationē idolatrie:qz idolatre faciebant talia. vnde dicit Baruch vj. Sacerdotes sedēt habētes tunicas scissas: ⁊ capita ⁊ barbā rasam. m Et sup mortuo nō inciꝺetis carnē vestrā: qz idolatre hoc faciebant: vt habeꝫ.iij. Regⁿ. xviij. vbi dicit q̄ sacerdotes Baal incidebāt se cultris ⁊ lāceolis donec pfunderenꝫ sāguine. n Neq; figuras aliquas. in vestra carne: qz talia sūt signa pacto ꝓ eū demonib⁹. o Ne ꝓsti. fi. tuā. B exponiꝫ dupliciter. vno mō de ꝓstitutiōe ad foꝛnicationē coꝛpalem. alio mō de ꝓstitutione ad foꝛnicationē spūalē ⁊ coꝛpalē. Sacerdotes ei idoloꝝ qñ volebāt abuti aliq̄ puella: fingebāt q̄ de⁹ q̄ colebaꝫ ī idolo diligebat eā ⁊ volebat vti ei⁹ cōcubitu: ⁊ parētes puelle credētes sacrificiū facere deo suo mittebāt eam de nocte ad phanū idoli vbi sacerdotes ea abutebanꝫ i tenebris: ⁊ illa credebat se a dñs cognosci. Et factū cōsiⁱe narrat Josephⁱ⁹. xx. antiq̄ta/ Josephus
tū rome accediⁿe tpe Tiberij cesarⁱ. s. paulinā pulcherrimā feminā p sacerdotes Isidis deceptā q̄ ī phano Isidis quēdā iuuenem amoꝛe ei⁹ accēsū loco numinis de nocte ad suū cōcubitū ꝓpter pecuniā ei ꝓmissam ⁊ datā admiserūt: ꝓpter qđ idē īpatoꝛ phanuz fecit dirui ⁊ sacerdotes crucifigi. p Et impleaꝫ terra piaculo. i. pctō nephario. ℣m q̄ habeꝫ Judi. xx. Unq̄ tñ nephas ⁊ tā grā de piaculū factū est in isrl. q Non declinetⁱ ad magos scz ad querendum aliquid ab eis: et dicunꝫ magi qui superstitiose diuinant p astra. r Nec ab ariolis. q̄ in extis aialium sacrificatoꝝ de/

† Aliqui habent carnē cū sanguie ℣.17.d

℣

Job.12.b a Cora capite tc.in senib⁹ est sapiē tia t i mlto tpe prudētia. Hinc pau/
